

B. M. II, 85
S. 16, 11.

II k
2044

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI,
DE
AEQVALI
STATVVM IMPERII
ORIGINE ET PROGRESSV.

QVAM
SVB MODERAMINE
VIRI MAGNIFICI, AMPLISSIMI ATQVE
CONSULTISSIMI.

D. IO. FRIEDER. KAYSERI,
CONSILIARII HASSO-DARMSTATTINI,
PROFESSORIS IVRIS PRIMARII, ET RERVVM ACADE-
MIAE LVDOVICIANAE OECONOMICARVM
INSPECTORIS,


PATRONI ATQVE PRAECEPTORIS SVI
PARENTIS INSTAR VENERANDI,

AD D. XXVIII. AVG. ANNO MDCCXXXII.
H. L. Q. C.

PVBLICE CVM ERVDITIS DISPVTABIT
FRANCISCVS IVSTVS
KORTHOLT,

GIESSA · HASSVS:

GIESSAE, Typis EBERH. HENR. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.





CAPITA RERVM.

S. I.

Opiniones de Statuum Imperii origine hac dissertatione opugnandae generatim commemorantur.

S. 2. Speciatim *FURSTENERII* commentum excutitur, & qua *COCCEJUS* de ea re protulit in examen vocantur.

S. 3. Quid ansam praebuerit sententia Cocceianae ostenditur, &

S. 4. Totum ipsius fundamentum imbecillitatis & falsitatis sua convincitur.

S. 5. Progressus fit ad ea, qua *LUDEWIGIUS* habet in commentar. ad *A. B.* passim.

S. 6. Quid fuerit & cui competierit jus praerogandi, quodque totum electionis Caesarea negotium ad omnes per aequae Germania Proceres olim pertinuerit contra *LUDEWIGIUM* docetur.

S. 7. Septenarius ducum numerum, quem fingit, destruitur.

S. 8. Antiquos duces neque sub Carolingicis Imperatoribus neque sub post-Carolingicis statim propriam potestatem consecutos fuisse adseritur: prius probatur.

S. 9. De auro Carolingico.

S. 10. Argumenta, quibus *DD.* quoad Saxoniam in diversam sententiam abeuntes utuntur, recensentur, &

S. 11. Consutantur.

S. 12.

§. 12. **SCHILTERO** respondetur & vera interpretatio anti-
qua pacis Confluentanae anno 800. sancita adfertur.

§. 13. De aevo post - Carolingico : quia mutationem aliquam
tum temporis circa statum factam fuisse nullibi adparet ; idque ul-
terius evincitur.

§. 14. Quia non statim ducatus hereditarii facti sunt, quod
efficitur exemplo Bojovariae &

§. 15. Exemplo Alemannia ; sed satis longo intervallo post,
tempore nimirum Henrici VI, quod ex singulari loco Gervasi Tif-
berienfis probatur, eumque non ad Italiam sed ad Germaniam re-
ferendum esse ostenditur.

§. 16. Neque feuda imperii oblata esse, neque

§. 17. Originem eorum, qua data dicuntur, à Caroli M. &
ejus stirpem proxime insequentium imperatorum temporibus, repeti
posse contenditur ; idque speciatim

§. 18. & 19. De feudis imperii ecclesiasticis &

§. 20. De feudis imperii secularibus probatur.

§. 21. Ex haecenus adlatis conficitur, comites nunquam du-
cum subditos aut statim provinciales fuisse, idque

§. 22. Inprimis de comitibus, qui fortiores dicebantur, ve-
rum esse defenditur.

§. 23. Respondetur objectionibus **LUDEWIGII** & auctoris
des Adlichen Ritter, Feldes.

§. 24. Concluditur dissertatio.

DIS.



DISSERTATIO IVRIS PVBLICI.
DE
AEQUALI STATVVM IMP.
ORIGINE ET PROGRESSV.

§. I.

INter sententias singulares, nostro demum saeculo exclusas, non vltima fere illa habenda est, qua doctores nonnulli iuris publici, vel inde a primordiis gentis Germanicae, vel saltim tempore Caroli M. & post extinctam Imperatorum Carolingicorum familiam, a temporibus sc. Conradi I. & Henrici aucupis, Germaniam omnem in septem praecipuos populos seu prouincias diuisam, iisque totidem potentiores duces cum propria imperandi potestate praefectos fuisse, conatu magno & audacia fere singulari asserere non erubescunt. Cui consequens est, nullos tunc alios status immediatos fuisse in Germania, praeterquam septem illos archi-principes, vt vocant, eorumque imperio omnes archi-episcopos, episcopos, marchiones, comites aliosque Imperii Proceres fuisse subiectos, ac natam inde regulam: *Omnia, quae sunt in territorio archi-principis, esse quoque de territorio.* Ab hoc autem nexu territoriali postea, succedentibus annis, praefules, comites, landgrauios, marggrauios & reliquos, quos hodie veneramus,

A

mur, Imperii Proceres, paullatim fuisse exemptos, & ex Statibus mediatis, seu provincialibus, non proprio iure, sed, vel fauore Caesarum, vel publicis disturbis, vel denique praescriptione, immediatos redditos fuisse. Quae sententia, quantum eminentiae & praerogativae archi-principibus illis, ut vocant, tribuit, quasi hi superioritatem suam, veluti vetus ac auitum bonum, proprio iure, nec Caesarum beneficio possideant, tantum sane detrahit reliquis Imperii Statibus, qui, his positis principibus, pristinae originis suae hanc nunc habeant humilem tesseram, fuisse se olim archi-principibus subiectos. Vnde & libertatem suam non tam Imperatorum beneficiis, quam archi-principum liberalitati & exemptio- ni in posterum acceptam ferant.

§. II.

Personatus scriptor, qui de *suprematu principum Germaniae* professa opera commentatus est, in C. 5. iam in ea fuit sententia: *Liberrimas semper Germaniae regiones & antiquissimas familias illustres fuisse, quae illis cum territorii iure iam tum praesuerint, & quibus hodierni principes, post multas licet mutationes, servata tamen rerum summa, successerint.* Verum cum laudatus auctor non praecise ad solos electores, aut septenarium principum numerum, vel Germaniae duces respiciat, eique non nihil iam regesserit B. academiae nostrae cancellarius & magna quondam ornamentum IO. NIC. HERTIVS in *dissert. de orig. & progressu special. R. G. 1. verumpl. s. ult.* ideo examinandae huic hypothese merito superfedemus: B. autem Dn. de COCCEII, quem sane, ob immortalia in iurisprudentiam merita, religiosa veneratione post fata quoque prosequimur, primus fuit, qui novae sententiae lucem aliquam effundere, eamque a primis initiis gentis Germanicae eruere voluit, in *iurisprud. publ. cap. 11. §. 23. seqq.* A *Plinio* namque *hist. III, 14.* notatum refert, quinque praecipuos Germaniae populos iam ab antiquo fuisse 1) *Vandilos*, 2) *Isaaciones*, 3) *Iugacones*, 4) *Hermiones* & 5) *Balsarnas*. Quibus ex *Strabone* & *Tacito* adiciit, 6) *Marcomannos*. His omnibus dudum fere abolitis, in eorum locum sex alios Germaniae populos substituit, 1) *Vandalos* sc. 2) *Moranos*, 3) *Saxones*, 4) *Francos*, 5) *Suenos* & 6) *Boionarios* seu *Bauaros*. Quibus si accedat Francorum virtute parta provincia trans-Rhenana, ecce sunt numero septem. Haec enim est B. auctoris demonstratio, cui velut

velut fundamento totam iurisprudentiae publicae disciplinam super-
teruixit.

§. III.

Non me laet, huic systemati occasionem praebuisse colloquium, quod cum gloriosissimae memoriae Electore Palatino, Carolo Ludouico, quondam B. auctor habuit, *vid. vita Cocceii inserta bibliothecae Germ. quae Gallice prodit T. I. p. 18. 19.* Illustr. PETRVS LVDEWIGIVS *comment. ad A. B. T. l. p. 397. in fin.* neque id etiam ignoro, esse hoc systema etiamnum in multis aulis electoralibus valde acceptum. Verum, sicut principibus suis male consulere eos semper existimaui, qui iura eorum, & praerogativas, bonis licet fundamentis sustulit, scilicet & parum concludentibus argumentis includunt, ita mihi sane, cui sub principe nasci & degere datum est, illicitum esse non debet, debitratem huius fundamenti & superstructae hypotheos hac occasione publice exponere.

§. IV.

Scilicet PLINII opinio orta ex commento, cuius & TACITVS meminit, qui Manno tres assignavit filios, ex quorum nominibus proximi Oceano populi *Ingaevones*, medii *Hermiones*, ceteri *Istaevones* vocati fuerunt. Quemadmodum autem GROTIUS in *prolegom. ad histor. Goth.* CLUVERIVS in *G. A.* & post eos B. HERTIVS noster in *notis. veteris Germ. pop. P. I. col. §. 2.* probe obsecurant, vocabula ista a situ incolentium nata, nec peculiare populos designasse; *Ingaevones* enim esse *Inwohners* interioris scil. *habitantes ad mare*; *Hermiones* *Herumwohners* qui circum habitant; *Istaevones* *Westwohners* qui ad occidentem i. e. *Rhenum propius habitant*: ita sane PLINII opinio, eaque singularis, nec aliorum corroborata testimoniis, vno quasi istu conuellit, cumque eorum simul concidit auctoris fundamentum, inprimis, cum populi, quos veteribus illis sufficere non dubitat COCCEIVS, omnes ne quidem Teutonicae ciuitatis fuerint: Moravia enim indubie a Slavis possessa, & Vandalorum deserta olim sedes, eadem gens Slavica occupauerat, quae cum Germanis nunquam in eandem reipublicae formam coaluit, quia perpetuis irruptionibus Germanos laceffere non desit.

§. V.

Vnde illustr. PETRVS LVDEWIGIVS, ICtus, & academiae Fride-
ricianae Cancellarius nostro saeculo celebratissimus, qui B. COCCEN ve-
stigia premit, hunc errorem correcturus, nouam Vandaliam sc. Bran-
denburgicam comminiscitur, eamque vt & Thuringiam, quamdiu scilicet,
a ducibus haec gubernata fuit, veteri Vandalia & Moravia explosis, in
locum septem prouinciarum Germanicarum substituit, quin harum ori-
ginem non tam longinque repetit, sed veram aetatem post Carolingi-
corum demum tempora reponit, easque non vno in loco sequenti or-
dine recenset: 1) Boioariam, 2) Sueniam, 3) Saxoniā, 4) Thuringiam,
5) Bohemiam, 6) Vandaliam Brandenburgicam & 7) prouinciā Rhenen-
sem. Quibus indiuisis vt priscum Germanorum regnum felix & incon-
uulsū constituisse opinatur; ita in partes postea factis, Germaniam
proh ideo infelicem effectam sedulo persuadere contendit, dum irroue-
renter satis, quod bona eum pace tanti viri dixerim, in reliquos Prin-
cipes & Status Imp. ita scribit, *comment. ad A. B. T. I. p. 417.* Dann
von den Zeiten als Henricus Leo in die Acht gethan / und I) Bayern
und II) Sachsen zertrümmert worden; als nach dem Tode Conradini
III) Schwaben und Francken seinen Herzog verlohren; als die aberglau-
bische Kayser ihre Tafel & Güther am IV) Ober-Rhein und Niedere-
Rhein verschländert; als V) Thüringen seinen Herzog mit Ausgang
der Ottonen verlohren / und nur einen Landgrafen bekommen / als VI)
dem Brandenburgischen Wendeland Mecklenburg und die Lausitz
entzogen worden / haben wir in Teutschland so viel unmittelbare Reichs-
Stände / und kleine Reichs-Säulen / als Tage im Jahr bekommen / und
ist das VII) einige Böhmen in seinem alten Stand geblieben. Dahero
es dann geschehen / und noch jeko geschieht / daß Teutschland so viele
hoffbare Tafeln und Hoffe unterhalten muß / und darüber in Schulden u.
Armuth gerath; daß es ohnmächtigen und mächtigen Nachbarn zum
Spott wird; Daß des Brang- & Streitens kein Ende noch Ziel wird;
Daß die Uneinigkeiten so vieler Sprecher die Reichs-Tage ewig mache
und nichts zum Stande kommet; Daß jeder sich an seinen Unterthanen
bereichern will / und selbige bis auffs Blut ausauget; Daß jeder sel-
nen Nachbarn etwas durch schlechte Mungen / durch unbillige Bölle /
durch

durch seltsame Befehle / durch übele Gerichte abzuwachen suchet ; mit
 eins/ daß Teutschland mit seinem glücklichen Zustand / den es unter dem
 sieben ersten Fürsten gehabt / in einen finsternen Abgrund verfallen ist/ und
 kaum mehr den Schein seiner vorigen Herrlichkeit sehen kan. Idem LV-
 DEWIGIVS Tom. II. comment. ad A. B. p. 88. vbi archi-principes tuos
 nihil ex privilegio & gratia Caesarum obtinuiffe asserit, his verbis uti-
 tur : Und damit ich der Sache näher komme / so hat die Gütlichkeit
 ausgenommen / das privilegium machen zu der Zeit in Teutschland an-
 gefangen / als die Kayser muthig worden / und dasjenige / was die
 Stände und sieben Reichs-Fürsten aus angebohrnem und angestamm-
 tem Recht in ihren Landen gehabt / an sich reißen / und für Kayserliche
 Wohlthaten ausgeben / manche Erzh-Fürsten auch solche lieber zum U-
 berfluß annehmen / als über der eigentlichen Ursach ihres Rechts / bey so
 unwissenden und durch die Römische Rechte verblendeten Zeiten / viel
 Kriegen und streiten wollen. Nachgehends als die Erzh-Fürstenthüme
 zu der Henricorum, superbi und leonis, wie auch Cunradini Zeiten aus
 einander geworffen und zersplittert worden / und die abgerißene Zweige
 und ausgezogene Stände ihren Gafft oder Landes-Hoheit von dem
 Kayser fast einzeler Weise bekommen / hat man der Erzh-Fürsten ihre
 angebohrne Vor-Rechte mit denen neuern vom Kayser gemachten Für-
 sten unter einander gemenet / daß sich endlich die Staats-Leute nicht
 mehr in den Unterscheid des angebohrnen und neuverliehenen Rechts fin-
 den können &c. Et huiusmodi fiscalorum plena sunt illustris viri com-
 mentaria. De causis vero dissidiorum inter principes imperii, qui-
 bus sopiendis, Carolus IV. auream, bullam promulgavit, d. com-
 ment. Tit. I. p. 30. seqq. ita loquitur : Belangend aber das erste / den
 Grund der Zwistigkeiten / zwischen denen gemeinen Fürsten und Chur-
 Fürsten des Reichs / so beruhet derselbe gar auff verschiedenen Stücken /
 wozelchem allem der Kayser durch die A. B. abgeholfen hat. Anfangs
 waren nur sieben Reichs-unmittelbare Fürsten / nach denen sieben Wöl-
 kern und Staaten des Reichs / 1) Pfalz &c. Diese allein hatten das
 ius separati collegii, und konten mit Ausschließung der andern Stän-
 den / die ins gesamt unter ihrer Bottmäßigkeit waren / so oft zusam-
 men kommen / und von des Reichs Besten sich unterreden / als sie nur
 immer wolten. Wie solches aus dem Wippon, denen annalibus



Fuldensibus und Paderbornensibus zur genüge erhalten. Nachdem aber die Kayser wohl sahen / daß so lange die sieben Staaten in Ordnung unjertrennet wären / und das Reich mit ihm allein zu besorgen hätten / ihnen alle Gelegenheit abgeschnitten würde / etwas anders zu thun / als was diesen gefiele: So trachtete der Kayser dahin / wie er einige Auffer-Valallen von diesen sieben grossen und allgemeinen Staaten / auszuziehen und eximiren / Sie Reichs-unmittelbar machen / und ihnen das Wort Fürst und Herzog zulegen / und / mit eins / solche denen sieben Erz-Fürsten in allem gleich machen wolte. Welches vornehmlich zu Zeiten des Henrici leonis, und nach dem Tode Conradi bewerkstelliget war. Wiewohl die Kayser auch schon vor der Zeit verschiedene von dergleichen Proben gewiesen hatten. Als nun um deswillen die neue Fürsten oder Herzoge mit den alten Erz-Fürsten einen Hauffen machten / und in ihre Versammlung kommen wolten / legten sich diese darwider / und in den Strittigkeiten haben sich viele Reichs-Lage verschlagen / die meiste aber sind unter tausenderley Zerrüttungen bis auff die S. B. gehalten worden. Dabero die güldene Bulle in dem Tit. XII. denen alten Erz-Fürsten das ius separati collegii mit Ausschließung der gemeinen neuen Fürsten zuspricht. Aus eben dieser Quelle ist die andere Zwistigkeit entsprungen: Daß die neue Fürsten sich auch anmassen wolten / bey der Kayser-Wahl zu seyn. Dann obwohl / ehedem alle Reichs-Stände / so wie in Pohlen / in der Kayser-Wahl zu sprechen hatten: so tratten doch allezeit die sieben Erz-Fürsten vorher zusammen / brachten einige in den Vorschlag / und überlegten was bey diesem und jenem candidaten zu bedencken war / welches die Scriptoros mittler Zeit das ius praetaxandi nenneten. Zu dieser Handlung nun konten sie die neue Fürsten so wenig / als in ihre geheime Versammlung / mit zulassen / davon wir kurz vorhero geredet haben. Und in dieser Streitigkeit giebt nun die A. B. abermahls den Ausschlag für die Erz-Fürsten. Über dieses da die alten Erz-Fürsten die höhere regalia von der Übertragung und Wahl ihrer Lands-Stände und der Eigenschaft ihrer provincien hatten / da hingegen die neue Fürsten solche Stückweise durch Kayserliche privilegia sich erst erworben: so nahmen die alten Erz-Fürsten es sehr übel auff / daß sich die neue Fürsten / sobald sie nur den Namen bekommen / sogleich auch aller regalien mit ihnen anmassen wolten &c.

§. VI.

Haec sane omnia, totidem, quibus proferuntur, verbis, quod bona cum venia illustris auctoris dixerim, in cerebro eiusdem nata, nullo omnino fundamento historico, immo ne specie quidem veritatis nituntur. Comites enim a rege ipso semper constitutos, nec ducum fuisse status provinciales aut subditos infra §. 9. docebimus, & ideo eorum regalem esse dignitatem fatentur doctores iuris publ. ad vnum omnes. Deinde ego quidem ingenue profiteor, non me adeo deorasse, & penitus imbibisse rerum Germanicarum scriptores, quotquot sunt, ut nihil eorum, quae scripta sunt, ignorare possim: attamen contendere ausim cum illustri LVDEWIGIO, etiam pignore posito, ex mediis acui scriptoribus, praeter vnum & solum ALBERTVM STADENSEM, qui exstat in collectione Kulpisiana, non reperiri alium, qui in electionibus Imperatorum *praetaxationis* faciat mentionem. Et tamen LVDEWIGIVS ita de praetaxationibus illis loquitur, ut iures, ea re in annalibus rerum Germanicarum nihil esse notius, nihil frequentibus. *Welches die Scriptores mittler Zeit das ins praetaxandi nennen.* Quod miretur forsitan aliquis, nisi constaret, hanc esse solitam illustris illius viri technam, qua glaucoma ob oculos imperitorum obicere conatur, ut vidisse se existiment, quod ille tanta audacia praestruere non erubescit. Non me laet coniectura celeberrimi STRVVII, locum istum ALBERTI interpolatum existimantis. Verum, si quis manum violentam textui adferre, & aliena sacra attrectare verecundetur, per me licet. Sit saluus, sit genuinus ALBERTI locus. Illud saltem ex inspectione eius cuilibet patefcit, quod ALBERTVS STADENSIS vocem *praetaxationis* haud referat ad electores, quin eam potius reliquis principibus adscribit, atque adeo signate testatur, electores Fridericum II. ex praetaxatione, nominatione & designatione reliquorum principum elegisse aut proclamasse. Qua in re iterum ludit Ludevigius contra expressam litteram textus. Integer ALBERTI locus hic est: *Papa Gregorius insolentias Imperatoris (Friderici II.) contra ecclesiam matrem, principes super electione vitius sollicitavit, sed nihil profecit, quia quidam principum ei rescripserunt, non esse sui iuris Imperatorem substinere, sed tantum electum a principibus coronare. Electio enim ad istos dignoscatur pertinere.* Ex praetaxatione principum &

consensu eligunt Imperatorem, Treuirensis, Moguntinus & Coloniensis. Palatinus elegit, quia dapifer est, dux Saxoniae, quia marscalcus, & burgundus de Brandenburg, quia camerarius, rex Bohemiae, quia pincerna est, non eligit, quia non est Teutonius. Artulic eum locum & consuetudine, erudite explicuit H. CONRINGIVS *dissert. de ducibus & consuetudine*. th. 37. 40. Nobis saltem hoc obseruare liceat, principes, quos papa Gregorius super electione sollicitauit, procul dubio fuisse ecclesiasticos, & quidem ipsos electores; rescribunt enim pontifici, se electum Imperatorem coronare. Et tamen fatentur, non esse sui iuris Imperatorem pro lubitu substituere, sed tantum electum a principibus coronare. Ergo non soli ecclesiastici, ringente quamuis & contendente summo pontifice, nec soli electores eo tempore Imperatorem pro arbitrio suo eligere potuerunt, sed reliqui Imperii Principes etiam ad negotium electionis concurrerunt: nam testatur ALBERTVS, ex praetaxatione reliquorum principum & consensu eligere Imperatorem eos, qui hodie electores vocantur. Sane res ipsa loquitur, & historiarum fides testatur, priscis temporibus negotium electionis ad omnes paraeque Germaniae Procere spectasse, vt ex electionibus Henrici II. & Conradi Salici, quas a coaetuis scriptoribus descriptas habemus, aperte constat, postea vero circa tempora Friderici II. aut paullo ante, mutationem aliquam quidem factam, & electores, qui hodie dicuntur, in electionis negotio primas partes habuisse, & vel jus proclamandi nouiter electum, vel aliquid huic simile, paulatim consecutos esse, & huic respexisse ALBERTVM STADENSEM, praeter hoc vero prae reliquis Imperii Principibus eos praecipuum habuisse nihil. Taxare enim & praetaxare, quod generatim de principibus praedicatur apud ALBERT. nihil aliud est quam nominare, vocare, designare, quod CANGIVS testatur voce taxare in glossario. add. IO. STRAVCH, *inst. iuris publ. L. 1. tit. 3. §. 4.* donec pedetentim totum electionis ius ad solos electores pertraheretur. Conf. LEIBNIZ, *in praef. ad cod. diplom. §. de origine electorum*, SCHILTER. *7. 7. P. L. 1. tit. XLV. §. 17. p. 146.* Quod cum aegre ferrent reliqui Procere, se adeo contra priscam consuetudinem iure electionis priuari, accedentibus imprimis crebris ipsorum electoratum diuisionibus ac in partes sectionibus, vt fere nesciretur, quinam haberent ius eligendi, qui non, en ratio dissensionum, ad quas prouocat A. B, & ad quas sopiendas non solum eligendi ius solis septem

princi-

principibus confirmat, sed & ipsos electoratus in posterum diuidi vetat. Notat autem ALBERTVR STADENSIS in dicto loco etiam illud egregio, ius eligendi occasione officiorum aulicorum ad electores peruenisse, non inuicem ducatum, quos cum propria potestate possedissent maiores illi Imperii duces, in quo iterum fallitur per totum suum commentarium laudatus LVDEWIGVS, qui ius eligendi non officiis aulicis, sed antiquis ducatibus adnexum fuisse contendit.

§. VII.

Inter has tricas nos CAESARIS, TACITI aliorumque veterum scriptorum fide edocemur, initio nascentis reipubl. non quinque, sed vel ultra quinquaginta Germaniae populos fuisse, qui sub leni ac populari regimine summa propemodum felicitate gauisi fuissent, nisi primum metu Romanorum, post etiam Francorum, paulatim in vnum potentiorum populum se colligere, ac maioribus ducibus se committere assuefacti fuissent. Haec enim prima, eaque omnium grauissima Germaniae conuersio, hoc libertatis Germanicae commune sepulcrum fuit, quo maiores duces priuatos paulatim sua libertate exuerunt, & hi vicissim metu maioris mali iugum domesticum patienter ferre didicerunt. Postea Franci ac reges Carolingici, pro ea, qua pollebant, potentia, ipsos potentissimos ceteroquin Germaniae duces iterum sua potestate exuerunt. Atque eo tempore, subactis iam Thuringis, non amplius quam quatuor aut quinque praecipuos Germaniae populos aut potentiores duces fuisse vltro largimur, & restantur id scriptores quibus in his rebus testimonii dictio est; vid. *Spec. Sax. Lib. III. art. 53. Gryphander de Weichbildis cap. XXVII. n. 4.* Praeter Francos nimirum fuisse Alemanni seu Sueui, Boloarii & Saxones. Adde etiam Lotharingiam, si placet, quoniam a nonnullis haec quoque solet inter maiores ducatus referri. Largimur totidem virtute Caroli M. deuictos, totidemque post tempora Carolingicorum Imperatorum paulatim fuisse restitutos. Vnde vero septenarius ille ducum numerus? Et vnde propria illa ducum, ac ne Caesari quidem, nisi per modum inaequalis foederis, subiecta, potestas? Scio Austriam a Friderico I. Imperatore Boioariae subductam, ac singularibus priuilegiis dotatam, in peculiarem ducatum fuisse euectam, referentis *Andr. Presbjr. Chron. Bau.* quem allegat *Giuanni Germ. Princ. L. IV. p. 18. tit. II.*

18. tit. 12. sed id demum saeculo XII. & ad annum 1156. factum testatur idem Andr. Presbyt. a quo tempore & alii Imperii Proceres eminentiae suae originem, eamque nec ex deteriore fonte deriuant. Et GERO ille ducatus Marchici, vt putatur, fundator, non sane dux, sed marchio tantum fuit, Slaus ad tuendos Imperii fines oppositus, quem Otto M. in diplomate apud MEIBOM. R. G. T. 1. f. 744. signatis verbis *marchionem suum* vocat, & *Reginonis continuator* ad A. 965. p. 83. obitum eius sic narrat: *Gero marchionum nostri temporis optimus praecipuus obis. Ducem autem adpellat epithaphium apud eundem MEIBOMIVM ad quod & B. Dn. COCCEIVS pronocat c. III. s. II. quod exercitum saepius contra Slaus duxisset, non quod propria cum potestate Marchiae suae praefuisset, quae insomnia sunt celebrium virorum, & refelluntur ex loco ANDR. HOPPENRODII, quem mox allegabimus, vbi Sigfridus marchio eandem ob rationem dux adpellatur. Immo epithaphium illud longe recentius, & vix ante 400. demum annos conscriptum, ad probandam GERONIS dignitatem nil quicquam conferre potest. Nec praetermittendum silentio, Geronem nequidem Marchiae Brandenburgicae praefuisse, sed Lusatae, vt patet ex ANDR. HOPPENRODIO in *annalibus Gernrodensibus ad an. 927.* apud MEIBOM. T. II. ver. *Germa. p. 417. Prostrigatis, inquit, Venetis & Sorabis limitum praefides designauit, quos marchiones nominamus, vt marcas ab hostium incursionibus custodirent. Marchiam igitur Brandenburgensem commendauit duci Sigfrido, fratri coniugis Mechthildis; Marchiam autem Lusatae duci Geroni. Hi duo duces primi marchiones in Germania, nouam dignitatem ab imperatore Henrico acceptam, summa cum laude ac utilitate Saxoniae, defenderunt &c.* add. CRANZIVS alique quos allegat PFEFFINGER in *Vituar. illustrato lib. 1. tit. V. p. 484.* Ipsa vero Marchia Brandenburgica Slaus erepta, non secus ac Misnia aut Lusatia, vel Oborritorum regio ducatu Saxonico fuit adiecta, vt olim Austria Boioariae, quorsum spectat WITECHINDI locus L. I. *annal. Saxoniam ex seruitute factam esse liberam, ex tributaria multarum gentium dominam.* add. CRANZ. *Lib. III. Sax. 1.* Henricum enim imperio potitum alios populos sibi tributarios fecisse, Oborritos sc. Vultzos, Heualos, Dalmacos, Bohemos, Redarios aliosque, testatur, eosque, hoc ordine recenset WITECHIND, *d. 1.* Quae subordinatio, vt olim in omnibus praefectis limitum & marchionibus per vniuersam Germaniam obtinuit, ita Marchiam Brandenburgicam praeci-*

praecipui quid tum habuisse probari nequit, donec tandem sub Conrado III. a Saxonia auulsa Alcanis concederetur, heretque tunc sui iuris, perinde vt Austriae Marchionatus a Boioaria exemptus.

§. VIII.

Ex dictis iam patet, historiam septem prouinciarum, seu septem, vt vocant, archi-principum, quocunq; demum modo explicetur, incertam admodum, quin fabulae non abfimilem, incommodam profecto & insufficientem esse, cui velut fundamento tota iuris publici disciplina superstruatur. Antiqui enim duces illi, quotquot demum fuerint, vt sub Carolingicis regibus non aliam quam demandatam seu administratoriam potestatem habuerunt, ita extincta Carolingicorum stirpe, non simul & semel propriam potestatem consecuti, nec marchiones & comites, quos sub se habebant constitutos, velut proprios subditos aut vasallos, vel status prouinciales respexerunt, multo minus ratione tituli possessionis suae, & iurisdictionis aut potestatis, praecipui quid prae reliquis statibus subalternis habuerunt; nedum hodiernae respubl. Germanicae reliquae ex priscis ducatus illis velut matribus enatae, nec principes ac comites omnes titulo possessionis, aut qualitate superioritatis territorialis inferiores archi-principibus reputandi sunt. Sed omnes peraeque Imperii Status, ratione originis & potestatis suae progressus, pro aequalibus omnino habendi. Primos enim duces post Carolingicorum Imperatorum tempora ab ipsis Imperatoribus, comitum statuunq; prouincialium assensu, constitutos fuisse legimus. Ergo non propriam habuere potestatem, sed administratoriam & demandatam. ECKARDVS *iunior de casibus S. Galli monasterii cap. 1.* apud GOLDASTVM *T. I. rer. Alemann. part. 1. p. 18.* de primo Sueviae duce Burchardo ita loquitur: *Consilio dehinc habito, primo colloquium publicum Moguntiae, postea generale edixit concilium (Conradus Rex) ubi tribus illis (Bertholdo nimirum, & Erchingero seu Erchangelo fratribus, camerae nuntius in Alemannia, & Luitfrido, illorum e sorore nepote) lege abiuratis & proscriptionis, praediisque eorum in fiscum redactis, Maiestatis reis capita damnata sunt, ceteris omnibus, qui tanto facinori intererant, tanquam reis pro hostibus prosequi iussis, Sueviae principum assensu statuerunt Alemannis dux primus Burchardus, gentis illius nobilissimus, & virtutibus*

B 2

dote

dote probatissimus, cui & praedia damnatorum confiscenta in beneficium sunt tradita, exceptis dotibus Berthae, Erebingeri uxoris. *Burcardus dux constituitur, accipitque beneficium a rege.* add. BALVZ. *Miscellana. L. 1. ad ann. 917.* Similis supplicii, quod Adelbertus subiit, meminerunt, OTTO FRISING. *L. 1. c. 15.* LVITPR. *L. 1. 3.* DITMAR. *L. 1.* aliique. De prohibita prouocatione Statuum Imp. ad sedem pontificiam sub Henrico IV. Imp testatur LAMBERTVS SCHAFFNABVRG. ad an. 1070. *sumque res in eo vertebatur, ut Thuringi, improbata synodo, sedem apostolicam adpelarent. Sed rex sub attestatione nominis diuini affirmans, se in eum, si quis id praesumpsisset, capitali sententia animaduersurum; & omnia, quae eius essent, usque ad internesionem dissipaturum.* SCHILTER, *de libert. eccl'es. Germ. lib. 1. c. 1. §. 23. p. 504.* Haec sane cum propria ducum potestate haud conueniunt. Plura non addo. Quin sicut marchiones, landgrauii, comites & ceteri Imperii Satus archi-principibus seu antiquis ducibus proprie haud subiecti fuerunt, sed suam potius, qua hodie pollent, superioritatem, succedentibus annis, ab ipsis Imperatoribus Germanicis, horum indulgentia aut neglectu, aliisque concurrentibus causis, pederentim acquisuerunt, ita nec ipsi archi-principes in eo melioris conditionis prae reliquis sunt habendi.

§. IX.

Quod ut eo clarius elucescat, ex annalibus veterum huc repetendum, Carolum M. dum priscorum ducum potentiam reformidaret, subacta demum Germania, ducum titulos ac officium penitus sustulisse, in eorumque locum per pagos seu prouincias comites substituisse, teste EGINHARDO *in vita Caroli*, add. *Lehmann. chron. Spir. L. 11. c. 26.* CONRING. *exers. de ducibus & comit. Imper. Germ. §. 59. & in not. ad Lampad. part. III. cap. 5. §. 26. p. 139.* quem & sequuntur B.HERTIVS *not. de orig. & progress. special. R. G. 1. rerunspl. §. 5.* B. Dn. GVNDLING. *de statu reip. R. G. sub Conrado 1. §. 2. p. 10. & in not. p. 12.* aliique, cum tali videlicet potestate, qualem referunt litterae Caroli M. quas ex archiuus Tremoniae vrbs recitat in vindictis Billingianis HENR. MEIBOMIVS: *Quapropter in illa parte Saxoniae Trunmannum virum illustrem ibidem comitem ordinauimus, ut resideas in curte ad campos, in mallo publico, ad viuierformum causas audiendas, vel recta iudicia terminando, isque aduocatus omnium presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat,*
(super-

superque vicarios & scabinos, quos sub se habet, diligenter inquirat & animadvertat, ita ut officia sua sedulo peragant. Add. HERM. CONRING de iudiciis reipubl. Germ. §. 25. Idem de ducibus & comitibus, Imper. p. 15. ducta nimirum consuetudine a Romanis, a quibus praefici temporibus in provinciam missi praefides, postea qui iuri dieundo provinciis essent praefecti, non amplius praefides, sed comites dicebantur *see. tit. C. de comitibus, qui provincias regunt.* Testatur id ipse Carolus in praeepto de institutione episcopatum per Saxoniam: Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in provinciam redigentes, & inter episcopos certo limine determinantes, septentrionalem illius partem &c. add. BEATUS RHENANVS L. XI. *see. Germ.* cuius locum refert laudatus COCCEIVS, d. dissert. §. 10. B. HERTIVS de orig. & progressu special. R. G. I. *reynpublicarum* §. 22. Quin vni comitum aegre plus quam vnum comitatum concessit Carolus, notante MONACHO SANGAL-LENSI. C. 14. cuius verba recitat HERTIVS d. l. i. p. 15. not. 30. eaque notatu digna visa sunt B. GVNDLING, in *dissert. de feud. vexillis* p. 111. Providentissimus, inquit monachus, Carolus nulli comitum, nisi qui in censu, vel seruis barbarorum constituti erant, plus quam vnum comitatum concessit. Nulli episcoporum abbatiam vel ecclesias, ad ius regni pertinentes, nisi ex certissimis causis unquam permisit; cumque a consiliariis suis, siue a familiaribus interrogaretur, cur ita faceret, respondit cum illo fisco vel certe illa in abbatiola vel ecclesia tam bonum vel meliorem vasallum, quam ille comes est, vel episcopus, fidelem mihi acquiri vel facio. Atque hos comites omnem potestatem suam, eamque non propriam sed administratoriam, a regibus fuisse consecutos, nemo est, qui ambigit. Carolus M. in capitul. pro partibus Saxoniae, quam exhibet SCHILTER, T. II. *institue. iur. publ.* p. 24. *segg. capitulo 19.* ita constituit: *Et universi comites pacem & concordiam ad invicem habere studeant. Et si forte inter eos aliqua discordia aut conturbium ortum fuerit, ut nostrum solacium vel praefectum pro hoc non demittant. Et in cap. 31. De dimis. potestatem comitibus bannum mittere infra suo ministerio de fuida vel maioribus causis in solidis sexaginta. De minoribus vero causis bannum in solidis duodecim constituimus.* Iisdemque salaria ex publico deputata fuerunt, eaque non tam in opimis redditibus, sed muneribus subditorum, atque usu silvarum, agrorum, aquarum, mulctarum parte, aliorumque eiusmodi iurium consistebant. vid. BRVCKNER, de *domaniis regni*

regni Germ. cap. 3. iuris doman. pars. II. p. 15. seq. Postea Carolina in fe-
 nium vergente familia, reuiguit quidem, paulatim ducum titulatura,
 iisque comites obnoxii; quorum ut plurimum duodecim singulis duci-
 bus sub ordinati fuerunt, quam materiam illustrauit PFEFFING. in *ueter.
 illustr. T. II. p. 30. lit. c. B. HERTIVS d. l. §. 4.* Duces tamen illos ad
 priscam rediisse potentiam, & proprio iure prouinciis suis iterum prae-
 fuisse, tam improbabile est, quam quod improbabilissimum, ne ipsis qui-
 dem Saxonibus exceptis, quos sicut in formati prouinciae redactos,
 eorumque praefectos, non propria potestate, sed vice sacra constitutos fu-
 isse, totidem fere verbis restatur diploma foundationis ecclesiae Bremen-
 sis apud ALBERTVM STADENSEM p. m. 193. quod alioquin pro liber-
 tate Saxoniae allegare solent eius sententiae pattoni, docet auctor *annal.
 Piribocan. ad an. DCCLXXXV.* apud FREHER. T. I. script. rer. Germ. p. 13.
 his verbis: *Witechind Saxo Arminiacis ad fidem Caroli venit, & baptiza-
 tus est, & Saxonia tota subacta.* Latius autem subiectionem illam referunt
 iidem *annales Francorum anno 777. Saxones baptizati ingenuitatem & omnem
 proprietatem suam, secundum morem gentis abdicantes regi tradiderunt
 si a die illa & deinceps christianitatem, ut regi & filijs eius fidelitatem
 abnegassent.* apud FREHER. d. l. p. 12. & EGINHARDVS in *uita Ca-
 roli M.* apud REVERVM p. 22. n. 10. cuius uerba recitat laudatus HER-
 TIVS noster P. III. not. uet. Germ. pop. c. 3. §. 12. Generaliter autem de du-
 cibus scribit VADIANVS L. 1. *colleg. monast. in Germ. uet. Franci reges
 regnum suum ducum maxima & comitum opera moderabantur, qui in illa
 quidem aetate non suam seu propriam, sed publicam regni ditionem ad-
 ministrabant:* add. locus B. RHENANI apud STRVV in S. I. E. p. 16.
 ita sane eos, exstincta Carolignicorum Imperatorum familia, non statim
 propriam potestatem recuperasse, ex iis, quae modo dicturi sumus, lu-
 culentius, ut puto, apparebit.

§. X.

Non me lateat, quoad Saxones, doctores passim in diuersam abire
 sententiam, eos scilicet licet intio belli Franco-Saxonici duriuscule habiti
 fuerint, ac publicam pariter priuataeque libertatem amiserint, quorsum
 & testimonia historica, §. praeced. a nobis allata, referunt, postea tamen,
 armis iterum iterumque sumtis, postliminio se sibi vindicasse, ac
 demum

demum pace anno 804. cum Carolo de nouo inita publicam priuatam-
que libertatem sibi pactos, ac Francis per omnia aequiparatos, in pro-
uinciae formam redactos haud fuisse opinantur. Frustra igitur quaeri,
quae fuerit Saxonum conditio annis 788. aut huic proximis, cum in hoc
cardo rei vertatur, quibus demum legibus arma deposuerint, pacisque
foedus ann. 804. cum Francis pepegerint. De eo vero adesse testes om-
ni exceptione maiores, quorum testimonia, quotquot sunt, hic fi-
deliter inferemus. Ita autem Eginhardus de vita Caroli M. apud FRE-
HERVM p. 436. *Eaque conditio a rege proposita & ab illis suscepta, tra-*
ctum per tot annos bellum constat esse finitum, ut abiecto daemorum cultu,
& relictis patriis caerimoniis, christianae fidei atque religionis sacramenta
perciperent, & Francis adunati, unus cum eis populus efficerentur. Clarus
vero POETA SAXO Arnolpho Imper. coaetus L. IV. *annal. de vita Ca-*
rolis M. apud LEIBNIZ. *in scriptor. rer. Brunsvicensium p. 153. ad ann. 803.*

Nobilis hic annus longi certamina belli
Tandem, Saxones inter Francosque peracti,
Firmo perpetuae conclusit foedere pacis.
Augustus pius ad sedem Saltz nomine dictam
Venerat: huc omni Saxonum nobilitate
Collecta, simul has pacis leges inierunt;
Ut toto penitus cultu rituque relicto
Gentili, quem daemonica prius arte colebant
Decepti, post haec fidei se subdere vellent
Catholicae, Christoque Deo seruire per aeuum.
At vero censum Francorum regibus vllum
Soluere nec penitus deberent atque tributum,
Cunctorum pariter statuit sententia concors;
Sed tantum decimas, diuina lego statutas
Offerrent, ac praesulibus parere studerent,
Ipsorumque simul clero, qui dogmata facta
Quique fidem domino placitam, vitamque doceret,
Tum sub iudicibus, quos rex imponeret ipsis,
Legatisque suis, permitti legibus vti
Saxones patriis, & libertatis honore.

Hoc

Hoc sunt postremo sociati foedere; Francia, omnia vobis inuicem
 Ut gens & populus fieret concorditer vnus,
 Ac semper regi parens aequaliter vni.

Tandem WITTECHINDVS monachus *Corbeienfis* L. 1. *annal.* apud
 MEIBOM. *Tom. 1. rer. Germ. p. 634.* de Saxonibus ita scribit: *Qui olim
 socii & amici erant Francorum, iam fratres, & quasi vna gens, ex chris-
 stiana fide, veluti modo videmus, facta est.* Add. alius WITTECHIN-
 DI locus, quem iam allegauimus supra s. 7. Confirmat hoc privilegi-
 um foundationis ecclesiae Bremensis, quod exhibet ADAMVS BRE-
 MENSIS L. 1. *hist. eccl. & ALBERTVS STADENSIS in collectione Kul-
 pissana p. 192. seqq.* ex quo hausit CRANZIVS *Sax. L. 1. c. 16.* Add.
 quae de libertate Saxoniae praetense concessa congestit GRYPHIANDER
*de Weichbildis Sax. integro cap. 22. & nouissime VERPOORTEN in tract
 de ducatibus in veteri Germ. regno hereditariis p. 64. n. 3.*

§. XI.

Tria sunt quae ex dictis scriptorum testimoniis pro sententia sua ad-
 ferunt doctores a nobis dissentientes 1) Saxones Francis adunatos, 2)
 pactos & tributa eis remissa, & denique 3) eos, vt suis legibus viuerent,
 pactos, eoque propriam autonomiam consecutos. Verum vt ad haec
 omnia ordine respondeamus, Saxones Francis adunatos vnum cum iis
 populum effecisse, id alio sensu capi haud debet, quam quod Saxones
 non fuerint in seruitutem redacti, sed per praefectos regios ciuilliter ad-
 ministrati, sicut & Catti, aliique populi Francis coadunati, sub praefe-
 ctis regis nihilofecius pro immediatis regni prouinciis recte reputabantur:
 quamuis non me lateat, esse doctores, qui Saxones sub Carolo M. seruili
 propemodum conditione habitos fuisse, defendere non erubescunt, vid.
 GRYPHIANDER *de Weichbildis Saxon. integro cap. 24. & post eum
 RHETIVS l. 1. P. L. 1. T. 2. §. 70. seqq.* Licet enim Francici scripto-
 res mira de Saxonum libertate iactitent, quam sub Carolo, vigore dicti
 pacti, retinissent, quomodo tamen erectio iudicii Vehmici, deporra-
 tio tot myriadam Saxonicae gentis, fundatio multorum episcopatum, ac
 alia eiusdem farinae, quae perfectum dominatum redolent, cum hac de-
 cantata libertate sint concilianda, ego non capio. Sunt verba ZSCHACK-

WIZII

WIZIL in hoc, ad VERPOORTEN p. 66. linc. c. Deinde centum Saxo-
 nibus remissum, quod constanter tradunt scriptores, *conf. praeter allega-*
 200 EGINHARDVS apud REVBERV M p. 8. ANNALES FRANCICI
 EVDENSES apud *Freherum T. 1. ANNALISTA SAXO. T. 1. p. 534. &*
 566. CORNERVS T. II, p. 421. apud *Escardum*; id non inuoluit liber-
 tatem a subiectione aut imperio ciuili, quin immunitas illa potius suppo-
 nit subiectionem, quia non conceditur nisi subiectis. Quod & poëta
 Saxo & reliqui historici omnes eo ipso adstruunt & non inuiti largiuntur,
 dum Carolum M. magistratus Saxonum proprios aboleuisse testantur, con-
 stituens alios & pro arbitrio praepositis, comitibus sc. qui vice sacra eos
 iudicarent. WITECHINDVS enim M. quem Carolus M. deuicit, &
 ad professionem religionis christianae compulsi, post conversionem
 suam, non uersam Saxoniam, nec hereditario iure, aut sub titulo duc-
 atus, sed tantum quasdam eius prouincias, Angariae sc. & Westphaliae,
 a Carolo M. obtinuit, reliquas Saxoniae terras, & post obitum Wi-
 techindi etiam ipsam Angariam & Westphalam, per comites Caroli M.
 & successorum eius, vsque ad extinctam familiam Carolingicam, fuisse
 rectas, probauit SCHVRZFLEISCH, in *disp. de Witechindo M.* Est au-
 tem indubitatum imperii ciuili argumentum, & in populis indicium sub-
 iectionis, hos non propriis magistratibus regi, sed praestitutos accipere
 ab aliena potestate. *conf. GRYPHIANDER de Weichbildis Saxon. integro*
 260 cap. 26. & 27. add. *capitular. Caroli M. de partibus Saxoniae*, quam BA-
 LVZ. ad annum 789. refert, *capit. 29. 31. & 34.* apud SCHILTER. *Tom.*
 11. *instit. l. P. p. 33. seq.* eiusque *comment. p. 35.* Centum igitur remisit Cato-
 lus prudenti consilio, ut feroces Saxonum animos hoc medio placaret,
 eosque imperio ciuili paulatim assuefaceret, quamuis & tributis, extra-
 ordinariis saltim, Saxones obnoxios fuisse hoc exemplo comprobari po-
 test, quod adhuc Henrico IV. non tanquam duci, sed tanquam regi
 centum soluerent, unde de perpetuo eius in Saxonia domicilio questi
 apud LAMBERTVM SCHAFFNABVRG. ad ann. 1057. & AVCTOR *belli*
 Saxonici in Henricum IV. subinde grauiter inuectus, inter alias pacis con-
 ditiones a Saxonibus oblatas hanc quoque refert. *Et relicta interdum Sa-*
 210 xonia &c. etiam alias regni sui partes inuideres &c. *conf. GRYPHIANDER*
de Weichbildis Saxonis cap. 25. per totum. Et reliquit quidam Carolus
 Saxonibus propriam autonomiam, eosque suis legibus viuere passus est.
 C

III X . 2

sed

sed in eo sane prae aliis Germaniae populis nihil praecipui habuere Saxones: nam & Alemannos aeque ac Bauaros, quos tamen fisco regio immediate adscriptos fuisse tradit B. COCCELVS *in iuris publ. prud. cap. III. sect. 1. §. 7. & sect. 2. §. 21.* sub Francis proprias suas leges habuisse nemo ambigit, vtu a Romanis traducto, qui populos deuictos propriis suis legibus viuere non semel nec difficulter passi sunt. Quorum exemplo iidem Franci Gallorum quoque a se deuictis populis proprietam suam autonomiam reliquisse constat, vnde factum, vt illis temporibus Gallia triplici iure regeretur, *consuetudinario* sc. in iis populis, quibus victores Romani praecas leges ac consuetudines reliquissent; *Francico* seu *Salico* pro Francorum propria gente, & denique *scripto* seu *Romano*, aliis, quibus sc. Romani leges suas dederunt, vtitato. vid. IAC. GOTHOFREDVS *in prolegom. ad. cod. Theod. cap. 6.* Et tamen Carolum M. ceterosque reges Francicos immediate, immo monarchice impericasse suis Franco-Gallis pro explorato habendum. HERTIVS noster *de orig. & progressu special. R. G. 1. rerumpl. §. 3. & §.* Ergo pro libertate Germaniae populorum debile admodum & infirmum praesidium ex relicta ipsis autonomia repetitur.

§. XII.

Atque ex his argumentis etiam, nobiscum fere conueniunt plerique iuris publici doctores, originem libertatis statuum circa tempora regum Carolingicorum quaerendam haud esse, praeterquam quod B. SCHILTERVS *in iustis iur. publ. T. 1. L. 7. tit. 3. §. 7.* ex antiqua pace Confluentana inter reges Franciae orientalis & status regni anno 860. sancta, probare studet, sub ipsis Carolingicis Imperatoribus Germaniae status iam tum publicam priuatamque libertatem iterum fuisse consecutos. Ad quod tamen facile est respondere. Quicquid enim vel publicae vel priuatae libertatis in dicta pace Teutonibus restitutum, id sane intelligendum saluo iure imperii, quod, vt facile quis suspicari potest, reges Germanici sibi retulerunt, vt illi (status sc. regni Germ.) *nonsolum non sint nobis contradicentes & resistentes ad ista exsequenda, verum etiam sic sint nobis fideles & obediens* &c. sunt verba ipsius pacis Conuentanae: neque propterea veterum ducum potentiam restitutam voluerunt reges, sed statibus regni, vt iam erant constituti, consultum cupiebant.

§. XIII.

WITECHINDI REGINO XIII. Maior autem dubitatio est, an non, post extindam Carolingiorum Imperatorum stirpem in Germania, regni Germanici status possimint, simul & semel, in pristinam libertatem se vindicauerint, nisi que duces prouincias suas proprio iterum iure sibi arrogauerint? Quod sane adstruere videretur B. RHENANVS L. II. rer. Germ. Primus, inquit, sub veteribus Francis liberae potestatis dux fuit in Saxonia, Henricus, Ottonis pater, qui postea Germanico regno praefuit, ceu diximus. Idque eam ob causam, ut Slavinos arceret; diligentius autem custodiuntur, quae propria sunt. Nec hoc ius cuiquam aliorum praesidium concessum est. At sub Saxonis libertatem nacti sunt, non solum prouinciarum gubernatores, sed & civitates ipsae. Nam ut quaeque plus bonorum, quae ad regnum pertinebant, habuit, ita maturius & facilius ad libertatem peruenit. Cui ad stipulatur WITECHINDI locus, quem supra allegauimus §. 7. & alia eius verba d. l. I. Ann. p. 634. regnum, inquit, optimus maximus Henricus, qui primus libera potestate regnavit in Saxonia. Nec non REGINO ad ann. 888, ubi ita loquitur: Post huius (Caroli Crassi) mortem regna, quae eius ditioni paruerant, veluti legitimo destituta herede, in partes a sua compage resoluuntur, & iam non naturalem dominum praestolantur, sed unumquodque de suis visceribus regem sibi creari disponit. Eamque sententiam secuti praeter MONZAMBANVM & COCCEIVM, CHR. THOMASIVS, PETRVS LVDEWIGIVS, VERPOORTEN alique. Sane potuisset tunc status, si voluissent sibi que expedire purassent, suo iure vti; ac praesentem restituere formam publicam, & vel in plures a se distinctas, aut saltem nexu quodam systematico confederatas respublicas discedere, vel antiquos suos duces restituere, nullam sane habere dubitationem: quin negari haud potest, maiorem potentiam eo tempore affectasse multos Germaniae principes, quos infantia Ludouici IV. & Caroli Crassi negligentia audaciores reddiderat. Verum num id eo modo executi fuerint, quaestio est facti, quam non coniecturis & fictionibus, sed annalibus & historiarum monumentis probare oportet. Ea vero hic sistent, imo potius testantur, electo Conrado I. respublicas Germanicas eandem retinuisse formam, quam habuerant tempore Carolingiorum. Cum enim nihil deactum appareat Conrado, is idem, quod antecessores

1101

C 2

fores



fores eius habuerunt , ius legitime exercere potuit. WITECHINDI locus quorsum pertineat , supra iam explicatum est. REGINO autem , ut ex subsequentiis adparet , non de Germania , sed de Italia , Gallia & Burgundia loquitur , quae post CAROLI crassi mortem a sua compage resoluta , in plures & separatas respublicas discessere , Germania statum pristinum conseruauit. Notabilis sane est alius locus WITECHINDI L. I. *annal.* apud MEIBOM. T. I. *ver. Germ.* p. 635. qui faciem praebet quaestioni nostrae , quemque ideo heic inserere non pigrabimus : *Igitur patre patriae & magno duce Ottone defuncto , illustri & magnifico filio Henrico totius Saxoniae ipse reliquit ducatum , rex autem Conradus , cum saepe expertus esset curiam noui ducis , ueritus est ei tradere omnem potestatem patris. Quo factum est , ut indignationem incurrarat totius exercitus Saxonici. Etsi tamen pro lauda & gloria optimi ducis plura locutus , promisi se maiora sibi daturum , & honore magno glorificaturum. Saxones huiusmodi simulationibus non attendebant , sed suadebant duci suo ut si honore paterno cum nollet sponte honorare , rege inuito , quas uellet , obtinere posset , rex autem Sc. Conradus Henrico , duci Saxoniae , omnem potestatem patris i. e. honorem ducis tanquam optimum ducatum tradere ueritus est. Ergo omnis ducum potestas tum temporis a regibus adhuc pependit. Promisit tamen se maiora daturum , & Saxones suo duci suaserunt , ut si sponte eum rex honorare nollet , eo inuito , quas uellet , sumeret. Haec omnia sane pactum , quo circa oblationem libertati suae proceres prospexerint , sat euidenter negant. Conf. B. GYNDLING. *in dissert. de statu reipubl. Germ. sub Conrado I. 9. 7.* WITECHINDVS , igitur , dum primum libera potestate regnasse Henricum , scribit , eo respectu uideretur , quod Saxonum auxiliis fretus regis concessionem aut parui fecerit , aut eidem , licet inuito eam extorserit. add. GRYPHIANDER *de Weichbildis Sax. cap. XXV. 2. 10. seqq.* Quae autem de CONRADO I. modo dicta sunt , eadem quoque ad tempora Henrici I. & subsequentium Imperatorum applicanda esse nemo non uidet. Haec enim una est & eadem iurispubl. nostri praecipua epocha , uade sub iisdem etiam Germaniam nostram & potiores eius principes in pristinam libertatem se recepisse , frustra a laudatis auctoribus asseritur , donec ex historia plene fuerit probatum , Principes Imperii Henricum aucupem eligentes , pactis adiectis potestatem eius & successorum limitasse , aut sibi quaedam super-*

riori-

rioritatis iura referuasse. De eo autem silent omnes historici; quin Wippo Presbyter in *vita Conradi Salici*, testis omni exceptione maior, diserte nos docet, omnem potestatem regiam vnanimi procerum Germanorum consensu, absque vlla reservatione, de nouo in Conrado II. fuisse translata; immo a viuente adhuc Henrico antecessore, eoque pleno iure, cum regem designatum, auctor est WITECHINDVS Corbeienfis *sub init. Lib. II.* apud MEIBOM. *T. II. rer. Germ. p. 641.* add. ANTONIVS FLORENTINVS apud PFEFFINGERVM *in Vstr. illustr. L. I. T. V. p. 518. in fin.* Ergo hoc tempore nulla mutatio facta in statibus, nec hi priscorum ducum libertatem & potentiam recuperauerunt. Tamen si enim altiora spirauerint duces, inque electione Conradi I. & Henrici aucupis, tum Ottonis I. aliorumque, non omnes vnanimis fuerint, vnde reges Germaniae nouiter electi subinde opus habuerunt, refractarios in ordinem redigere, Bavaros maxime & Saxones, qui inuisam regno potestatem sibi arrogare coeperant; haec tamen discordia non arguit libertatem statuum sub regibus, verum potius vacante imperio. Et denique coercitio illa, qua reges Germanorum in refractarios vsq; horumque secuta subiectio ac humilis maiestatis recognitio, nullam in statibus mutationem factam, saltem eorum libertatem adhuc dum nullo legitimo titulo quaesitam, oppido coarguit, quod & ipse VERPOORTEN, strenuus ducatum liberorum & hereditariorum defensor, in *tract. de ducibus in vet. Germ. regn. hereditariis*, quamuis inuitus, eo ipso largitur, dum veteres duces perduellionis crimine se obstrinxisse, eoque a ducibus suis remotos fuisse, fatetur. *pag. 21. ibique ZSCHACKWITZ. in not. perduellionis enim crimen non committit nisi subditus.*

§. XIV.

Idque vltius ex eo probari potest, quod nec istis temporibus, immo ne saeculo quidem Ottonum, vsque ad Henricum VI. ducatus isti ducum familis hereditarii facti fuerint sed ab imperatorum & regum Germanorum pependerit arbitrio, quod ex DITHMARI verbis colligitur: *Post haec Ottone II. Calend. Decembr. carnis vniuersas viam intrante, saepe memoratus inuenis in vacuum succedens, * hereditarem*

Haec lectio est genuina, Hereditas enim opponitur beneficio.

IVRE, & maximam beneficium partem **GRATUITO REGIS SUSCEPIT**
EX MUNERE. Allodia igitur iure habuit **Henricus**, honorem gratuito.
 Atque ex eo quoque lucem capiunt verba **WITECHINDI** in loco
 eius §. *praeced.* allegato, ubi dicit **Ottonem** ducem filio **Henrico** totius
 Saxoniae reliquisse ducatum, scil. *vacuum*, dummodo rex eum **Henrico**
 conferret. Penes regem videlicet erat relinquere praefecturam comiti-
 bus seu ducibus, siue minus, ut notat ad hunc locum **B. GUNDELING**,
de statu Germ. sub Conrado I. §. 8. lit. r. not. vid. **B. HERTIVS** *de orig.*
& progress. special. R. G. l. rerum publicarum p. 14. & 17. not. 12. Cum,
 si ducatus iam propria potestate possedissent, eadem potestate eos etiam
 ad suos descendentes transmittere & possissent & debuissent. Testatur
 id in rebus Germanicis veratissimus **MEIBOM.** not. in *Witechind.* *annal.*
Saxon. L. 11. p. 685. his verbis: *Temporibus Carolorum & Ottonum in Im-*
perio Romano ducatus non erant hereditarii sed a ducibus tanquam praefi-
dibus & legatis administrabantur. Hi necesse habebant, imperatoribus &
regibus provincias ipsi demandatas ingredientibus de rebus necessariis provi-
dere. add. **BOECLERVS** in *Henrico I.* p. 251. & in *Ottonem M.* p. 326. Ve
 vero quae dicta sunt exemplis adhuc comprobemus, & primo quidem
 de Boioariae ducatu verba faciamus, eum sane non nisi regum filiis, re-
 ginarum fratribus, regiae stirpis principibus, pro regum arbitrio, da-
 tum fuisse, historia testis est. Vnde tam anceps quoque ducum Baua-
 riae veterum stirps & origo, uti de **Conrado** seu **Chunone**, qui sub
Henrico III. floruit, notat **BRVNNERS** *annal. Boi. L. IV. p. 909. ad*
ann. 1049. add. **LEIBNIZ.** T. I. *scriptor. Brunsvicens.* cap. I. p. 316. in not.
 Hunc **Conradum** **Henricus III.** imperator ducatu Bauariae exiit, teste
AVENTINO L. V. p. 326 - 328. insigni documento, tunc temporis impe-
 ratores ipsi quoque maioribus ducibus monarchice imperitasse, nec duc-
 ces propria potestate usos, ut hoc aegre ferrent. **SPENER.** *histor.*
Germ. pragm. P. I. L. V. cap. 3. §. 10. p. 388. **Ottonis M.** tempore **Arnulphi**
Boiorum ducis filios de ducatu inter se disceptantes imperator ideo ex-
 cludit,

Falsa igitur est interpunctio, quam praefendam censeo **VERO**
FOORTEN de ducibus in *vet. Germ. regn. hereditariis*, p. 19. ubi ita
 legit: *in vacuum succedens hereditatem iure*, quamvis ne sic quidem cau-
 sae suae consulit, semper enim hereditati beneficium opponitur, idque gra-
 tuito ex regis munere proficisci dicitur.

clufit, quod sine ipsius confensu ducatum retinere, atque adeo fuccef-
 fionem paulatim introducee molirentur. Praestat rem referre verbis
 HENR. MEIBOMII *not. ad Witechindi annal. Sax. L. II. p. 687.* Parente
 mortuo, inquit; Eberhardus Arnolphi filius, quod natus maximus effet,
 non expectato Caesaris confensu, principatum in Boiaria inuafit. Fratres
 natiu minores Arnolphus & Hermannus & ipsi imperium ambiunt. Bertholdus
 patruus horum, nepotes officii admonet, expectent Caesaris fententiam, morte be-
 neficiarii beneficium ad summum principem rediffe: sed haecurdis audie-
 bantur auribus. Et mox Imperator rebelles ad officium redacturus. Ra-
 tisbonam aliquot menses obfeffam ad deditionem cogit; Eberhardum fero-
 cius refiftentem capit, & in Sueuiam relegat: Arnolphum & Hermannum,
 curatores templi Frifugensis, praefectos praetorio declarat, quae tum pri-
 uaria erat dignitas. Ducatum Boiariae Caesar commiffit Bertholdo Ar-
 nolphi fenioris Germano eique neptem fua ex fofore Garbinga ita depondet.
 Sic tranquilitata eft Boiaria. Filiis igitur exclusis Bertholdus ducatum
 accepit, non quia frater erat Arnolphi, vt VERPOORTENVS putat,
 §. 14. p. 87: fed quia erat vir strenuus, qui regis partibus tota fauebat co-
 uamine LVITPRAND. L. IV. cap. 18. Bertoldo mortuo Henticus Saxo
 ducatum obtinuit, cui vxor, Arnolphi filia aditum ad officium regni mi-
 nime parefecit, fed rex recordatus multis laboribus fatigati fratris praefe-
 cit eum regno Boiariorum. WITECHINDVS L. II. p. 649. De Vio-
 ne idem LVITPRANDVS refert, tanquam rem fingularem, eum praefec-
 turas & beneficia, quae poffedit, ex permiffu regis expreffo, quafi
 hereditarem, inter liberos diuiffit. Si autem tunc iam inualuiffet fuc-
 celfio hereditaria, confensu & auctoritate Caesaris non omnino indi-
 guiffet Vio, neque LVITPRANDVS, optimus alioquin fcriptor, qui
 tempore eo, nimirum Ottonis M. floruit, id adnotare dignatus fuiffet.
 vid. poft BOECLERVM B. HERTIVS nofter in *differ. de orig. & pro-
 gress. fpecial. R. G. I. rerum publ. §. 7. p. 21.* conf. Gener. Dn. FRID. LVDO-
 VIC. de BERGER. in *differ. de genuina potestatis territorialis origine,*
eiusque pariter ac iuris Caesaris indole quae subiuncta est animaduers. ad
Cocceii iuris publ. prind. p. 733. 755. feqq.

Ducatui quoque Alemanniae sive Sueviae Burchardo, primo Sue-
 viae duce, occiso, legitimus Hermannus, antecessori suo nulla cognatio-
 ne iunctum, ab Imperatore praefectum fuisse, *Reginon. continuator. ann.*
927. Hermannus, inquit, *ducatus Alemanniae commissitur, qui viduam*
Burchardi duxit uxorem. Hermannus successit Ludolphus Ottonis I. fi-
 lius, Ludolpho Burchardus II. praeterito Ottone Ludolphi filio. Nec is
 fuit Ottonis tantum tutor, ut perperam existimat VERPOORTEN *d. l.*
p. 92. n. 4. Expresse enim *Reginonis continuator ann. 954. Burchardum*
Ludolpho in ducatu successisse memorat. Eundem ducatum Henricus III.
 Imperator *anno 1045.* in hebdomada paschali Goslariae Ottoni Wacelsba-
 ehio tradidit. Hunc excepit *anno 1048.* Otto, de Suinfuto, ut eum
 nominat *Herm. contractus ad d. ann. 1040.* Marchio, apud VRSTI-
 SIM T. I. p. 329. cumque hic improlis decessisset *anno 1057.* Rudolpho
 Rinfeldensi comiti ducatus commissus, *Herm. contractus ad ann. 1057. p.*
337. & ut regi Henrico in dubiis tunc rebus ex affinitate devinctior, fide-
 liorque in reipublicam esset, soror ipsi in matrimonium desponsata est,
 tenerunt adhuc aetate, traditaque ideo episcopo Constantensi nutri-
 enda, dum thoro coniugali maturesceret LAMBERT. SCHAFFNA-
 BVRG. *ad ann. 1033.* apud PISTORIVM T. I. p. 164. Eundem ducatum
 vivente adhuc Ottone duce, Henricus III. Imperator Bertholdo, comiti
 Zaeringensi, qui postea ducatum Carinthiorum accepit, promiserat,
 ei que annulum suum dederat, quem ille diligenter servans, post ambo-
 rum obitum, Imperatoris scilicet & ducis, Imperatrici Agneti, Imperium
 tunc disponenti obtulit, eamque annulum agnoscentem pro ducatu sibi
 promisso commonuit, ut totidem fere verbis loquitur; ABBAS VR-
 SPERGENSIS *in chron. ad ann. 1057.* Quis quaeſo in tam subitanea du-
 catum mutatione, successioni locum fuisse, aut duces istos omnes vel ob
 delictum a ducatu remotos, tacente historiarum fide, temere opinabi-
 tur? Sanguinis enim ordine si delata fuit ducatum administratio, cur
 non aequalis succedendi modus est servatus ubique? Cur liberi nunc fra-
 tribus, nunc fratres liberis sunt praelati? Cur filii saepe paterna succes-
 sione sunt exclusi? Cur inter patris & filii regimen alius extraneae perso-
 nae regimen intercessit? Qua occasione & illud expendi mereatur, ante
 Hen-

Henrici IV. tempora, quoties ducum aliquis in Regem eligeretur, eos sane ducatus suos haud retinuisse, exemplo Ottonis I. qui, Caesar factus, Hermanno Billingo ducatum Saxoniae consulit, manifesto indicio, eo tempore ducatus nondum fuisse hereditarios, nec propria potestate, sed iure officii regni possessos. Sane vsque ad Henricum VI. Imperatorem, Imperii feuda tantum personalia fuisse ex singulari loco GERVASII TILBERIENSIS probat saepius a nobis laudatus HERT. de feud. oblati. p. 1. §. 15. & de orig. & progress. special. R. G. l. rerum publicarum §. 7. p. 20. GERVASII verba haec sunt: Henricum VI. Imperatorem legem instituisse, ut militiae, (h. e. feuda) more Anglorum & Gallorum, successione iure devoluerentur, ad proximiores agnationis gradus, cum antea magis penderent ex principis gratia. Addit: ideoque ad suum refundens commodum, quod aliis impertitus est beneficium, impetravit a subditis, ut cessante pristina palatinerum electione, imperium in ipsius potestatem, distincta proximorum successione, transferret, & sic in ipso terminus esset electionis, principumque successione dignitatis. add. ITTER. de feud. imper. cap. 1. §. 14. & cap. XIV. §. 12. Tametsi vero lex illa magis ad Italiam referenda esse videatur Generoso Dn. de BERGER; tamen ab institutis regni Italici ad res quoque nostras aliquando argumentum ducere, ac successione hereditariae in feudis Imperii originem utrinque communem statuere, absolum omnino haud est, & firmavit rationibus ac coniecturis idem Dn. de BERGER, quae legi possunt d. l. p. 756. seq. Imo nec opus esse ista coniectura existimem. Henricus enim VI. ut ex GERVASIO patet, omnia fecit, ut familiae suae ius succedendi hereditarium in imperio assereret, quod ut obtineret, promisit vicissim, habituros principes terras suas libertatis iure, transferendas nimirum ad posteros quoque suos; ita in proprium commodum refundens, quod aliis impertiretur beneficium. Atque hoc non de Italiae principibus intelligendum esse nemo non videt. Hi enim nullum ius eligendi Imperatoris sibi arrogabant, sed proceres Germaniae, de quibus signate loquitur idem GERVASIUS TILBERIENSIS ad Ottonem IV. Welfum: Sane, inquit, successibus felicitatis tuae invidit hostis antiquus, & licet conventionione, pridem cum Teutoniarum principibus facta ab Henrico de successione Imperii, per sanctissimum papam Innocentium cassata: tam quia principibus ius eligendi ademptum per hanc fuit; tum quia permutatio beneficiorum damnosa fieri pos-

D

sic

ſic &c. Nam & Teutoniae proceres ſaepe ad Roncalias vocatos, ibique de rebus Germaniae deliberaffe noto notius eſt.

§. XVI.

Ex eo. verò & illud ſequitur, ducatus Germaniae origine ſua haud ſane ad feuda oblata referenda, aut vinculum eorum feudale a voluntaria ducum oblatione haud eſſe derivandum, quae MONZAMBANI opinio fuit, quin potius nec Statibus regni, eo quidem tempore, jus conſtans feudi dati, aut beneficiati, h. e. dominium vitale, in ſuis territoriis competiſſe certiffimum eſt. Tameſi enim data fuerint olim, & adhuc dentur territoria allodialia, v. ITTER. *de feud. imp. c. V. §. 4. p. 181. ſeq.* ex quibus nonnulla olim imperatoribus & regibus Germaniae fuere in feudum oblata, & per quam oblationem eorum poſſeſſores honorem & officium regni impetrarunt, ducis nimirum vel principis, quorum illuſtria exempla praebent ducatus Luneburgicus, cuius diploma erectionis eſt apud MEIBOM. *tom. III. rer. Germ. p. 106.* Ducatus Mecklenburgicus qui ſub Carolo IV. Imperatore ea ratione imperio libera voluntate acceſſit. vid. SCHVRZFLEISGH. *diſſert. de reb. Mecklenburg. §. 3. ſeq.* ibique citati. LIMNAEVS. *L. V. jur. publ. c. 12. §. in addit. ad d. c. 12.* Comitatus Waldecenſis & Oldenburgicus, v. ITTER. *de feud. imp. c. II. §. 12. p. 24. ſeq.* Comitatus item Friſiae orientalis, ſecundum auctorem *Des Européiſchen Herolds tom. 1. p. 578.* quem ſequitur HORN. *in ſuro. publ. c. XL. §. 3. p. 337.* adde diploma adeptae dignitatis principalis per Henricum infantem in Haſſia, * quod ex communi vtriuſque domus Haſſiae

* Noli tamen exiſtimare, ac ſi Henricus infans integram Haſſiam Imperatori & Imperio obtulerit, cujus in ipſo diplomate ſignae vocatur Landgravius: ſed obtulit tantum caſtrum Bomenburg, ad nos ſpectans & imperium, & opidum Eſchwege, quod idem Landgravius cum pertinentiis & juribus ſuis, ad ſe ſitulo proprietatis pertinens, ut dicebat, &c. Sicut nec integer Ducatus Luneburgicus, ut hodie eſt, feudum oblatum dici poteſt, ſed tantum proprium caſtrum Luneborg, quod idiomaſe Teutonico vocatur Eujen, cum multis aſiis caſtris, terris & hominibus eidem caſtro pertinentibus, ut habent verba diplomatis apud MEIBOM. *d. l.* Habuit quippe Germania noſtra ſuos dynaſtas, ex quibus Comites & Duces provinciarum deſumebantur, iidemque dynaſtias ſuas proprias, easque vel maiores vel minores, vel integras vel pro parte, imperio in feudum offerre poterant, non integras prouincias.

fiacae archiuo Ziegenhainensi primus produxit Dn. IO. GEORG. ESTOR. Iur. Prof. in hac alma Ludouiciana longe celeberrimus *de statu & orig. Landgrau - Hassiae* §. XXXIV. p. 31. *seq.* quamuis alieno a nobis sensu, add. B. cancell. HERTIVS *de superior. terris*. §. 48. attamen maiorum Germaniae ducum, vel etiam omnium Imperii Principum ac comitum nexum a voluntaria oblatione esse deriuandum, falsum omnino est, & *Monzambanum* ideo refutauit laudatus HERTIVS *de feud. oblat.* p. 1. §. 15. in dubio enim feuda in imperio nostro censentur data non oblati. v. ITTER. *de feudis imp.* c. 1. §. 12. p. 24.

§. XVII.

Quod vti de feudis oblati dubio vacat, ita de iis quoque, quae data dicuntur in imperio, nullatenus ambigendum, eorum originem tam antiquam haud esse, sed antiquis temporibus nullum adhuc ius firmum & stabile, nedum propriam imperandi potestatem Proceribus Germaniae competisse. Non equidem ignoro, communiter vere a doctioribus feudorum imperii originem iam ad Caroli M. tempora & ea antecedentem aetatem, regum scil. Franciae Occidentalis referri, vid. EYBEN. *de origine illustris regulae: tantum potest princeps in suo terris*. &c. c. 3. ITTER. *de feud. imper.* cap. 1. §. 11. STRVV. *S. I. E. Lib. 1. aph. 4. n. 5.* vnde in *capit. ann.* 807. c. 1. sanxit idem imperator Carolus M. vt *quicumque beneficia habere videantur, omnes in hostem veniant.* Quem locum produxit SCHILTER. *inst. iur. publ. tom. 1. L. 2. tit. 3. p. 43.* Quin iam diu ante ista tempora Clodouaeus, rex Francorum, Milidunum Castrum Aureliano, cum totius ducatu regionis, iure beneficii concessit, teste AIMOINO *L. 1. c. 14.* apud eundem SCHILTERVM *d. l.* quod exemplum notabile est, & primum integri ducatus in feudum concessi. Eadem ratione Pipinus rex Tassiloni ducatum Boioariorum, eodem AIMOINO teste, reliquit. Nihilominus tamen his temporibus ducatus marchionatus & comitatus vna cum dignitate iudicandi & terrendi potestate, in districtibus ducum & comitum temporarios tantum fuisse, merito asserunt rerum Germanicarum periti scriptores IAN. DOVSA *lib. 5. annual. Holland.* GRYPHIANDER *de Weichbildis* c. LXII. n. 3. B. RHENAN. *ror. Germ. f.* LEHMANN. *in chron. Spir. lib. IV. c. 1. ac L. III. c. 15. 16. & 17.* & post eos MYLER. ab Ehrenbach *in archel.* c. VIII. §. 2. Ad ea vero, quae antea produximus exempla facile reponi potest. Id enim quod in

D a

Fran-

Francia occidentali a regibus Francicis, idque singulari exemplo, factum est, proprie ad imperium Germanicum haud pertinet; nec etiam ante Carolum M. regum Francicorum in Germanos satis adhuc firmata fuit potestas, unde & ante eam epocham Procerum Germ. iura, eorumque origo haud sunt repetenda. Et sicut feudorum imperii minorum, seu non regalium, originem ad Carolum M. tempora nos quoque non inuiri referimus, quorsum spectat locus ille AIMOINI, paullo ante a nobis recitatus; ita, si vel maxime sub ipsis quoque Carolingicis regibus, vel secutis imperatoribus, Principes Imperii vel ecclesiastici vel seculares iurisdictionem vel alia regalia singularim aliquando acceperunt, hoc tamen ideo non de complexu & vniuersitate regalium, ac iurium superioritatis territorialis in vniuersum, sed tantum de certis & in privilegio expressis intelligendum esse potest MYLERVM ab Ehrenbach in archolog. c. XV. §. 1. & 2. docet B. noster HERTIVS de superior. territ. §. 5. & vel ex eo amplius probari potest, quod istis temporibus banuum sanguinis seu merum imperium a nullo alio, praeterquam a solo rege Germ. conferretur, nec ante seculum XIII. aut XIV. status regni, nisi ex speciali privilegio, iudicibus suis id ius indulgere potuerint, vt praeclare probat B. Dn. GVNDLING. de feud. vexilli. §. XXII. p. 38. 39. adductis eam in rem duobus diplomatis, quorum prius ex NICOLAO SCHATENO in anecdotalibus Paderbornensibus, ita signate disponit: quia tamen virtute concessionis inuestiturae, seu confirmationis praedictorum, non potest in causis criminalibus, quae capitis & membrorum plexionem exigunt, exercere iudicia, nisi iurisdictione huiusmodi a Romana imperatoria potestate suscipiantur &c. In episcopatibus autem, regalia penes caesares regesque remansisse, eaque per missos dominicos, aduocatos comitesue administrata fuisse, non obstante, quod praefules isti, aeque cum ducibus aut comitibus iure, Statuum Imperii censu venirent, docent SCHILTER. comment. adc. 1. iur. feud. Alamannici. §. 17. p. 22. OCKEL. de palatio regio 9. 132. p. 129. & 130. add. MYLER. ab Ehrenbach in archol. c. 14. quod agit de iure aduocatie p. 125. seqq. aliique.

§. XVIII.

Observauit quidem STEPHANVS BALZIVS L. 7. capitular. c. 293. apud Francos episcopos in suis dioecesebus passim exercuisse iurisdictionem,

tionem, & in ipsos etiam duces comitesque aliquam inspectionem habuisse. Et WILHELMVS MALMESBURIENSIS *Lib. 5. de rebus gest. Angl.* ita scribit: *Carolus M. pro consentenda Gentium illarum (Germ.) ferocia, omnes pene terras ecclesiarum conculeras, confusissimè perpendens, nolens sacri ordinis homines tam facile quam laicos, fidelitatem domini recedere. Praeterea si laici rebellarent, illos posse excommunicationis auctoritate & poenitentiae severitate compefcere.* Cum quo conferendus est STRVV. in *S. I. F. c. 1. Aph. 4. p. 20. n. 6.* SCHILTER. *I. I. P. L. 1. tit. 21. §. 3.* Et de ecclesia Osnabrugensi extat singulare privilegium in monumentis Paderbornensibus p. 315. Carolo M. attributum, vi cuius omne regale & seculare iudicium super suos seruos & Liddones, & liberos Malman & Mundman, & omnes utriusque sexus homines eidem ecclesiae conceditur. Ex quibus documentis historicis concludi posse videbatur, ecclesiasticos saltem status propriae potestatis, qua hodie pollent, antiquiores origines allegare posse. Verum sicut ad ea, quae ex BALVZIO relata sunt, ex dictis §. praeced. facile reponi potest; ita sane ex privilegio Osnabrugensi ecclesiae dato, (quod est valde singulare, imò non sine ratione falsitatis arguunt. Carolo sane M. falso attributum iudicant CAROLVS COINTIVS tom. VI. *annal. eccles. Fraus.* p. 825. DANIEL PABROCH. in *propylaeo*, quod *actis sanctor.* tom. 11. *Aprilis praefixit.* part. 1. §. 28. ECCARDVS in *not. ad leges Salicas* p. 32. ad verb. ISMALA TEXACA.) probari haud potest. Caroli M. aetate episcopos iam secularem iurisdictionem, cum propria potestate & iuribus superioritatis acquisivisse, quam sententiam obelo iam aliis dudum confessam confirmatamque recte vocat ITTER. *de feud. imp. c. 1. §. 19. p. 47.* Etenim in dicto privilegio Osnabrugensi ecclesiae non omnis iurisdictione, sed restricta ad seruos, & liberos homines, Malman sc. & Mundman, concessa venit. Nimirum Malman homines a lidonibus & seruis distinguuntur & coniunguntur cum Mundmannis, siue cum iis, qui se tutelae & defensionis alicuius commiserunt, ut indicaretur, Malmannos esse homines certae conditioni & pacto cuidam addictos, h. e. famulos, siue certa officia praestantes, quod clarius apparet ex diplomate Ortonie M. in CHRONICO MINDENSI pag. 734. vbi imperator: *Hominibus quoque, inquit, famularum eiusdem monasterii facientibus, qui Saxonice Malman dicuntur, praedictam mundaburdam & iurisdictionem no-*

stram

stram constitutus. Et charta Henrici III. Imperatoris in eodem Chronico: *Homines ipsius ecclesie Franco, liberos & ecclesiasticos litones, malmman, vel seruos cuiuslibet conditionis.* Hi Malmanni igitur & Mundmanni, certo pacto iam ecclesie obstricti, eius iurisdictioni hoc privilegio subiciuntur, quod longe abest a iurisdictione vniuersali & territoriali potestate. Quia tum ex Carolinorum & Francorum regum moribus & institutis, tum etiam ex constitutionibus eorum & capitularibus, ac istius temporis ecclesie canonibus abunde constat, Carolum M. eiusque successores intra terminos potius ac in officio ecclesiastico episcopos continuasse, quam vt ad propriam regnandi potestatem eos adspirare passi fuissent. Ea enim administratione episcopi non consecuti sunt regalia, nedum simile imperium, quandoquidem ea tunc regiae potestatis Caroli ratio erat, vt suae aemulam, ac territorii iure descriptam non ferret, sed quibus poterat modis, episcopos in ordinem redigeret, ac libertate laxiori vti volentes legibus constringeret. sunt verba SCHVRTZFLEL. SCHII in not. ad Boremum in vita Alberti III. ad verb. *Witechindus I. Pronepos Sigardi: add. MYLER, ab Ehrenbach in archol. c. XII. §. 4. p. 100. HERM. ADOLPH. MEINDERS, Ictus Bilefeldensis, in tract. de statu religionis & reipubl. sub Carolo III. & Ludou. Pio. dissert. III. cap. 5. & 6. per tot. p. 246. seqq.* Eiusd. dissertatio singularis de origine & iure decimarum in antiqua Saxonia cap. III. per tot. pag. 408. seqq. Inspectio sane in duces & comites, quam episcopis dedit Carolus, nullam inuoluit potestatem. Igitur certissimum est, non Carolum, sed Ottonem M. primum fuisse, qui, vt reliquorum Imper. procerum libertatem & potentiam incrementa sumere passus est, ita episcopis quoque in specie regimen seculare administrandum concedidisse legitur. vid. LEHMANN, in Chr. Spir. L. IV. c. 3. p. 237. LAMBECIUS L. 1. orig. Hamburg. edit. nouiss. p. 10. & 11. LVDOLPH. HVGO de stat. regn. Germ. c. 1. §. 5. & MYLER, ab Ehrenbach in archol. c. 13. per tot. H. CONRING. disp. de urbibus Germ. th. 108. & de dnc. & comit. th. 25. ITTER, de feud. imper. C. 1. §. 19. d. p. 47. Testatur id colloquium Cordubae regis Saraceni, cum Iohanne, Ottonis M. legato, de imperatoris potentia, in vita Iohannis Gorzise abbatis sub finem, apud LABBEVM tom. I. bibl. MS. p. 776. verba huc pertinentia recitat PFEFFINGER in Vitriar. illustrat. tom. I. p. 496. col. 1. Idem enim Imperator fratri suo Brunoni, archi-episcopo Colonienfi, Lotharingiam

giam concessit, vt WITECHINDVS L. 1. *annal.* apud MEIBOM. *com. 1o. rer. Germ. pag. 638.* aliique scriptores veteres referunt, quos magno numero allegat PFEFFINGER *ad Vitriar. tom. II. p. 263. n. 3.* Idem filio suo naturali Wilhelmo, archi- praesuli Moguntino, Thuringiam omnem gubernandam dedit, vt alibi obseruabimus, quorum imitatione deinde & alii praesules, vel ab ipso Ottone M. vel successoribus eius, Ottonibus filio & nepote, pedetentim secularem nacti potestatem, quos copiosa dinumeratione recenset B. G. STRVV, *in syntagma. iur. publ. C. XV III. §. II. add. MEIBOM. nos. ad Witech. annal.* MYLER, ab Ehrenbach *in archolog. C. XII. §. 3. p. 680.* & locus insignis ex antiquissimo libro Florentino de inuestitura episcoporum, apud PFEFFINGER *vol. 1o. pag. 495. col. 2o.*

§. XIX.

Veruntamen nec ista quoque exempla probant, temporibus Ottonum episcopos illos, de quibus diximus, simul & semel propriam potestatem, cum vniuersitate regalium ac iurium superioritatis territorialis, in dictis prouinciis fuisse consecutos vid. MYLER, ab Ehrenbach *in archol. c. XV. §. 2. p. 135. seq.* Quin, vti exemplum Brunonis velut singulare & insuetum recenset ipse *Auctor vitae Brunonis*, apud LEIBNIZ. *pag. 280.* cum quo conuenit *magnum Chronicon Belgicum* apud PISTORIUM *tom. III. p. 80. in fin. conf. STRVV. in syntagma. iur. publ. d. 1. §. X. p. 834. nos. ***** ita sane potiore totius rei circumstantiam, ipsi nimirum ecclesiae, & successoribus in episcopatu Lotharingiam in perpetuum cessisse, silent scriptores propemodum omnes, praeterquam quod in LEVOLDI a NORTHOF *catalogo archi-episcoporum Colonienisium*, apud MEIBOM. *com. II. rer. Germ. pag. 5.* tale quid consignatum reperitur, cuius tamen hic merito sublesta fides est: imo tam Lotharingiam Brunoni, quam Thuringiam Wilhelmo, tantum ad dies vitae concessas fuisse, res ipsa & subsequens euentus docuit, dum ab eorum obitu prouinciae istae innox ad alios plane praefectos regioes fuerint translatae, nec episcopatibus in corporatae. Accedit & hoc, quod, episcopos illos omnes verum & vtile istarum prouinciarum dominium a regibus accepisse, nondum adhuc ab istius sententiae patronis probatum fuerit, nec, vt suspicor, probari vnquam possit. Ergo tantum praefecti fuerunt, cum
admi.

administratoria, non propria, potestate constituit. Et licubi beneficii aut investiturae occurrit mentio, non ideo tamen statim proprium feudum constitutum fuisse quis opinetur. *Fesedit nonnullos investiturae vocabulam, inquit H. GROTIUS. de imper. summar. potest. circa sacra c. 10. quod, quia hodie de feudis potissimum usurpatur, ideo omne id, quod de investituris episcoporum dicitur, ad territoria & fundos pertinere putantur. Crassus error. Nam vestive & investive vetera sunt vocabula, originis Germanicae, quae iuris qualiscunque collationem significant. Ideo apud veteres auctores officiis omnibus, tam civilibus quam ecclesiasticis aperta reperuntur. Nec insolens id est, aut implicationem involuit, ut aliqui dicantur investiri de officio regni, cui tantum administratoria potestas adiuncta est, veteri nimirum stilo & loquendi ratione. SCHILTER. in *bst. iur. can. L. 1. tit. 7. §. 11. Licet alias investituram denotasse traditionem possessionis & translationem domini apud veteres Francos, Alemannos, Saxones & ipsos Romanos ex plurimis rerum documentis probatum dedit SCHILTER. dissert. de invest. princip. imper. simile. cap. 1. §. 11. quae exhibetur in eius codice iur. feud. Alemann. p. 310. add. SPEELMANN. gloss. voce investitura.**

§. XX.

Quae observatio etiam ad seculares Imperii Status pertinet. Nam, ut ad propositum nostrum revertamur, Status Imperii omnium, quotquot sunt, aequales esse potestatis suae progressus, nec tam antiquam, ut nonnulli putant, potentiorum seu archi-principum originem, ex eo ulterius patescit, quod regalia pene omnia & iura territoria, quibus hodie superbiunt, sub Saxonis & sequentibus demum imperatoribus, & quidem pedetentim, acquisuerint, quae haecenus non ipsi Status, sed Imperatores in territoriiis Status exercebant. Sic usque ad haec tempora non tantum duces & comites, sed & milites gregarii, & qualescunque Germ. subditi, etiam mediati seu territoriales, qui hodie dicuntur, imperatori homagium praestiterunt, nec antiquior est aetas homagii territorialis in ipsis quoque Ducibus potentioribus, notante WIP-PONE, (qui est insertus scriptoribus Pistorianis,) in *vita Conradi Salici*, vid. HERT. in *dissert. de subiect. territ. §. 13.* Unde & reges Germaniae uniuersim in subditos mediatos, qui hodie dicuntur, & Landfalsios

stos Statuum plurimum iuris exercuerunt, LYNCKER. *de relig. obsequiis* th. 24. Germaniae proceres vix ante seculum XIV. legislatoriam potestatem sunt consecuti B. cancell. HERT. *d. dissert. §. XXV. Et in not. p. 257.* Sub Carolingicis & Saxonis adhuc imperatoribus census omnes provinciae, non duci, sed regi & regno pendere tenebantur. Vnde Fridericum II. imperatorem adhuc sexaginta tonnarum auri quotannis ex Germ. regno collegisse notat LIMNÆVS *de I. P. lib. II. c. 10.* quamvis Henricus IV. iam cœpit reditus Imperii alienare, & privilegia immunitatis concedere, ut passim testatur, LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS. Iura metallifodinarum, monetarum, vectigalium, per vniuersum imperium ad regem, non duces pertinuerunt. Et Henricus IV. vectigalia Rhenensia contra clericos Rhenenses adhuc constanter defendisse legitur, add. quae de Henrico VI. refert ABBAS VRSBERGENSIS. Quin, etiam sub Imperatoribus post-Carolingicis adhuc ius alienandi & oppignorandi Imperii prouincias solis Imperatoribus, ex plenitudine potestatis, competiisse, docent SCHILTER. *instit. iur. publ. T. I. lib. 3. tit. 4. §. 4.* HERT. *de superior. territ. §. 92.* Quae omnia sane fieri non potuissent, si Proceres Imperii vniuersum, aut vel soli duces, tunc quidem prouincias suas hereditario iure & proprietario, aut saltim quae vile dominium possedissent.

§. XXI.

Quodsi itaque, ut prolixius iam probatum dedimus, temporibus Carolingicis & post-Carolingicis veteres Germaniae duces prouinciis suis proprio, eoque hereditario iure, ac cum propria potestate non praefuerunt, consequens est: ergo nec comites, aut alios imperii proceres, marchiones, landgranos aliosque ipsorum ducum subditos aut status prouinciales, vel vasallos fuisse. vid. nouissi ne IO. ADAMVS KOPP. *de insani differentia inter S. R. l. comites & nobiles immediatos sect. I. §. 13.* Quin potius hi ipsi quoque vicaria ipsorum regum potestate in iure dicundo vel tuendis limitibus vsi. Comes in pago, dux in tota prouincia, uterque tamen vice sacra supremi iudicii exercitum habuere; cum alia sit ratio subordinationis a rege factae, alia subiecti iuris. Patet id ex formula ordinationis supra §. 9. a nobis allegata, qua Carolus M. Comitem Trutmannum Saxoniae praefecit. Probant vterius tot Impera-

E

pera-

peratorum, etiam post-Carolingicorum, edicta, quibus omnibus *episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, visariis*, aliisque imperii officialibus *immediata* mandata sua nota faciunt, & quod comitum causae a solo rege vel imperatore diiudicatae fuerint, vt probat Dn. KOPP. *d. l. §. 13. p. 61.* quod sane fieri non potuisset nec debuisset, si comites non imperii sed ducum subditi aut subvasalli fuissent. Et memorabile est, quod scribit PETR. BECKLERVS *in stemmate Ruthens. p. 344.* marchiones Misniae olim Ruthenos comites, non suo, non ducum iure, sed vicaria opera imperatorum, de ciuitatibus, castris & quae ab imperio tenent, iuribus investiuisse. Res sane per se clara, nec vltiore probatione opus habet. Quamquam igitur fidem hic iterum mereatur Ill. auctor PETRVS LVDEWIGIVS *in comm. ad A. B. rom. l. p. 43.* ita scribens: Die Grafen und übrigen / welche hier genennet werden / die waren vor deme / als die sieben Erz- Fürstenthüme in Teutschland noch ganz zusammen waren / lauter Affer- Lehnlente der Erz- Fürsten / und stunden demnach mit den andern Unterthanen jeder Teutschen Nation unter einem Hauffen. Ja es hatte ein Graf / welcher wohl einen blossen Land- Richter hieß / selbiger Zeit fast weniger / als einer von Adel zu sagen / der nicht Amtes halber / sondern seines Eigenthums wegen / auff die Reichs- Tage sich begeben. Welches die Ursache ist / warum der Grafen ihre Nahmen in den diplomatibus mittleren Zeiten öfters in Erzehlung und Benennung der Stände / gar ausgelassen zu werden pflegen. Und wolte ich fast glauben / wann in den alten Zeiten der Grafen Meldung geschiehet / daß solches vielleicht nur von denjenigen zu verstehen sey / welche in dem Land auch mit Abelschen Güthern angelesen waren / wie etwa jetzt ein Geld- Herr oder Geheimder Rath einen Land- Tag / nicht seines Amtes / sondern seiner Güther halber / die er aussere dem Amt besizet / zu besuchen pfleget / *2c. ex dictis facile intelligi potest. add. laudatus Dn. KOPP. d. sect. 1. §. 11. p. 41.* Id sane nihil aliud est, quam fidei historicae & veritati aduersa fronte contradicere, ac harmoniam omnem & iurium aequalitatem inter ordines tollere, quod de tanto Aristarcho non ferendum. Quamuis enim sequenti tempore, succrescente paullatim ducum potentia, dubitandum non sit, ebrum aliquos sibi comites subiectos fecisse, facto magis quam iure, aut comites ipsos, alios quidem, acceptis a duce beneficiis, vasallos eius fuisse factos, alios, vt turbulentis diffidationum temporibus ab aliorum oppressionibus eo melius defenderentur, se potentioribus ducibus
vltro

vltro subieciffe, vt de Saxonia, in qua ideo hodieque nulli immediati
 imperii comites reperiuntur, signate HELMOLDVS *lib. 1. chron. Slanor.*
6. 74. scribit: *in hac terra sola ducis attenditur auctoritas.* et proscripto
 Henrico Leone, comites Razesburgensem, Danneburgensem, Lucho-
 uienfem, Suerinensem, nouo Saxoniae duci Bernharδο se hominii ob-
 strinxiffe testatur scriptor *byxgouor* ARNOLDVS LYBECENSIS *L. 1. C.*
1. add. laudatus Dn. KOPP. *sect. 1. § 19. p. 101. 109.* id tamen vniuersale
 non fuit per totum imperium, nec sic constituenda erat regula. Longe
 aliter WIPPO Presbyter comites nostros describit in *visa Conradi Salici.*
 apud PISTORIVM *tom. III. pag. 435. pr.* quem locum integrum hic in-
 ferere non piget. Inde, inquit, ad oppidum, quod *Plma* vocatur, ve-
 niens, & colloquium publice conductum illic habuit. Huc dux Ernestus
 non voto supplice venit, confisus in multitudine militum, quos optimos ha-
 buit, ut vel secundum libitum cum Caesare se pacaret, vel inde per pose-
 statem rediret, & habito colloquio cum suis, primum monuit eos fidei sacra-
 mentaliter promissae. Dehinc hortatur eos, ne honorem suum perderent,
 non decere eos immemores fore, in historiis patrum semper Alemannos bo-
 nae fidei & stabilitatis in dominos testimonium habere, & si sibi fidei forent,
 illis praemia, posteris eorum gloriam & honorem esse futurum. Talia di-
 centi duo Comites, Fridericus & Anselmus prae ceteris respondebant hoc
 modo: Nolumus inficiari, quin vobis fidem firmiter promitteremus contra
 omnes, praeter eum, qui nos vobis dedit: si serui essemus regis & impe-
 ratoris nostri, & ab eo iuri vestro mancipati, non nobis liceret a vobis se-
 parari. Nunc vero, cum liberi simul & libertatis nostrae summam defen-
 serem interea regem & Imperatorem nostrum habeamus, ubi illum deserimus,
 libertatem amittimus, quam nemo bonus, ut ait quidam, nisi cum
 vita simul amittit. Quod cum ita sit, quicquid honesti & iusti a nobis
 exquiritis, in hoc parere volumus vobis: &c. His auditis dux, cum se
 intellexisset a suis dimitti, sine omni pactioe imperatori se reddidit: quem
 Caesar in Saxoniam exularem fecit super quandam rupem, quae Gibichen-
 stein dicitur, ut ibi castigatus a rebellione ulterius desineret. En liberta-
 tem & propriam potestatem ducum istorum temporum, quibus comi-
 tes egregie se fuerunt subiecti. add. Dn. KOPP. *d. sect. 1. §. 16. pag. 89.*
 profitentur hoc loco comites Sueviae, imperatori se obnoxios, ab
 eoque Sueviae duci se non mancipatos esse, nefas igitur putant, adur-

lus imperatorem arma sumere, seque ideo pugnatu-
ros recusant. Quod testimonium scriptoris fide digni Illustri LVDEWIGIO merito opponi-
mur.

§. XXII.

Praeterea ab eo tempore, quo post Carolum M. ducum reuiguit
officium, comitum in Germania duo fuere genera: primum eorum,
qui, ut diximus, ducibus erant subordinati; alterum vero eorum, qui-
bus integrae provinciae sine ducibus gubernandae concredabantur, unde
& maiores comites, vel forsiores dicti, de quibus insignis locus est apud
FREDEGARIVM c. 78. quo cum decem ducibus cum exercitibus &c. ex-
ceptis comitibus plurimis, qui super se ducem non habebant, in Wasconia
cum exercitu porrexissent. Et de Burgundia testatur DITMARVS MER-
SEBVRGENSIS. L. VII. p. 407. *Wilhelmus comes, de quo praedixi, miles est regis, & dominus terrae, & in his partibus nullus vocatur comes, nisi is, qui ducis honorem possidet: & ne illius potestas in hac regione paulo minus minueretur, consilio & actu Imperatoriae Maiestatis, sicut praedixi relinquitur.* Addatur alius locus ex gestis Dagoberti I. apud HERT. de ordg. & progress. special. R. G. I. verumpubl. s. II. not. ** p. 7. & quae de comitibus huius maioribus congeffit HVLD. ab EYBEN. in dissert. de ti-
tulo honoris §. 17. CAROLVS CANGIVS in glossar. voco fortiores comi-
tes. Atque de his nullum est dubium, quin ducibus fuerint aequiparati.
suaeque potestatis, qua hodie pollent, ex iisdem fontibus, quibus &
duces, originem traxerint. Unde est, quod Hollandiae comites, imo
& alii, modo etiam principum ac ducum titulis perinde
vsi fuerint, ut diplomatum fide edoctus ipse testatur, quem aliquo-
ries iam allegavimus, Illustr. PETRVS LVDEWIGIVS. in d. comment.
ad A. B. T. l. p. 44. circa fin. quem & confer de marchionibus Branden-
burgicis differentem d. l. p. 154. tit. 9. add. Dn. KOPP. d. sect. I. s. 18.
pag. 60.

§. XXIII.

Licet autem omnes peraeque generali comitum nomine appellati
fuerint, quod auctori schediasmatis apud LVNIG. in spicileg. seculari ad
archieum imper. p. 15. libenter concedimus; errat tamen paullo ante a
nobis

nobis laudatus LVDEWIGIVS, qui p. 123. *comment. ad A. B.* non ve-
retur generatim asserere, illos quoque comites, qui cum apposito marg-
gravi, landgravi & burggravi dicuntur, omnes peraeque, olim
mediatos fuisse & maiorum statuum subditos ac vassallos, quod sicut
nec in comitibus simpliciter ita dictis verum esse, supra evicimus; ita
multo minus de omnibus comitibus cum apposito, salva veritate, dici
potest. Fuerunt enim quidam eorum, instar ducum, integris praepo-
siti prouinciis, qui & speciales comites sub se habuerunt, ut vel patet
ex chartis, ad quas prouocat SCHILTER, l. 1, P. lib. 1. tit. 19. §. ult. pag.
209. Hermanni nimirum Landgravi Thuringiae ann. 1197. & Sigfridi
comitis Otlemundani in Thuringia ann. 1192. Hic enim Sigfridus fuit
comes specialis Hermanno comiti prouinciali subordinatus. add. litteras
reuerfales, quibus Thuringiae comites Henricum illustrem Landgravi-
um, salva imperii fide, pro vero domino agnoscunt. apud WECKI-
VM in *cinir. Dresdenf. P. II. tit. 1. p. 155.* LVNIG. in *archini imper. part.*
speciali. Contin. II. in der vierdten Abtheilung / im andern Absatz s. 3.
p. 177. PFEFFINGER. in *Vieriar. illustrat. T. II. p. 193.* add. Dni KOPP.
d. sect. l. §. 19. pag. 108. nec nos mouet auctor des adelichen Ritter, Selo-
des / qui antiquis temporibus nullam inter comites ordinis aut dignita-
tis differentiam fuisse contendit, inter alia argumenta motus decreto
Rudolphi I. Imper. quod produxit LEIBNIZ. in *prodrom. codicis iuris*
Geni. diplom. n. XV. his verbis: *lices comitatum & marchionatum prouin-*
ciae (insidentes, haec duo nomina, scil. comitatum & marchionatum esse
synonima & unum non diuersa supponere) ac comitatum FORKAIKER
&c. concedamus. Cui & illud patrocinari videtur, quod obseruat SCHIL-
TIRVS, saepe landgrauiorum titulos post comitum positos fuisse, ad
Konigshofen chron. p. 1070. Non enim negamus marchiones sub duci-
bus constitutos, aequalis conditionis ac dignitatis cum comitibus sim-
pliciter ita dictis fuisse; nec landgrauis ex solo landgravi nomine & ti-
tulo praecipui quid prae reliquis arrogamus, non ignati, esse landgra-
uios comitibus aequales, immo inferiores, quos ea propter no-
men comitis praepone, post LIMNAEVM L. IV. l. P. c. 4. n. 79. ob-
seruauit quoque B. HERTIVS noster de *special. R. G. l. rebu spl. pag. 87.*
not. 2. Verum comitum maiorum, qui nullos supra se duces agnoue-

301127

E 3

sunt

runt, sed integris prouinciis praefuerunt, quales nostri fuere, praerogatiuas, prae comitibus simpliciter ita dictis, non sine optimo fundamento defendimus. Vnde nec in *d. decreto Rudolphi Imper. comites simpliciter tales, sed prouinciales proprie cum marchionibus aequiparantur.* verb. in: *licet comitatum & marchionatum prouinciae.* Nec Caroli IV. confirmatio priuilegii Friderici II. ex GOLDASTI *appendice documentorum ad tit. 1. comment. de regno Bohem. n. 34. p. 59.* allegata citatum auctorem anonymum pag. 13. quidquam iuuare potest. Ibi quidem ita habet subscriptio: *Huius rei testes sunt - - Rudolphus senior Dux. Dux Saxoniae, & Fridericus de Beck Duces. Iohannes Burggrauius Norimbergensis, Ulrichus Landgrauus de Luickenberg, Fridericus de Vrlamunda, Ulrichus de Helfenstein & Rudolphus de Wertheim, Comites. Petrus de Hewoy, Crafo de Hohenloch, Godfridus de Brunesk, Eberhardus de Waldsee, Egolt de Erisberg, Romani regni praefecti principes & bayones &c.* Verum probandum erat laudato auctori burggrauium Norimbergensem & landgrauium Leuchtenbergicum, qui hic signate inter comites referuntur, fuisse e numero maiorum comitum, nec ducibus subordinatos, quod sane nunquam probabit. Fuit haec praerogatiua solie landgrauii Thuringiae, Hassiae & Alsatiae peculiaris, in cuius gloriae participationem Leuchtenbergicus nunquam fuit admissus. Errant igitur LIMNAEVS *L. IV. l. P. c. 4. n. 78.* qui VII. landgrauios principali dignitate radiantes, & GASTELL. *de statu Europae cap. XXII. n. 3. seq.* qui IV. numerat, nec non NOLDENVS *de statu nobil. cap. VIII. n. 160.* qui V. landgrauios principes recenset. REINKINGIVM autem in errore versari, quod *L. I. cl. 4. c. 13. r. 15.* Alsatiae Landgrauium inter principes referat, ideo persuaderi non possumus, quia is nulli duci subordinatus fuit, quin successit potius Landgrauiatus Alsatiae in locum ducatus ex sententia OBRECHTI *e. 1. vindic. Alsat.* quem & vide in *prodromo rer. Alsat. cap. VI. p. 63.* non secus ac Landgrauiatus Thuringiae primordia ab interitu ducatus repetenda sunt.

§. XXIV.

Quae profusius hucusque a nobis disputata sunt, ea sat's superque probant, Status Imper. quotquot sunt hodie, potentiores aut minus potentes,

tentes, siue ducum elogiis ab antiquo superbiant, siue marchiones aut landgrauii vocentur, potestatis suae, aequales origines habere, & vel publicis disturbis, vel indulgentiae Caesarum & regum Germanicorum, aut priuilegiis, vel denique temporis lapsu & praescriptionibus acceptum ferre omnem, qua pollent, libertatem, nec comites, qui dicuntur, maiorum ducum aut archi-principum olim fuisse subditos & status prouinciales. Quae sententia singularis quorundam Neotericorum, cum hucusque faciem iuris publici in Germania maxime conturbauerit, operae pretium nos fecisse existimauimus, si eam, pro libertate academica, peculiari dissertatiuncula examinaremus. Qua in re nullius famae aut honori quidquam detractum cupimus, a quo vel modestius, vel paullo licentiore stilo, pro ratione circumstantiarum, nunquam sane acerbe dissentire, veritas, & magnorum Imperii Principum causa nos adduxit. D. O. M. sit laus & gloria.

F I N I S

Ingenuis animo studiis infixus amice,
 Ingenioque potens ardua juris adis.
 Quos scindunt alii moliris solvere nodos;
 Illud adaequabis, quod tetigisse timent.
 Imperii perstant statibus TE vindice rursus
 Consimiles ortus & sua iura simul.
 Aeuo vt prospicias fero, vestigia prisca,
 Teutones antiquos & monumenta tenes.
 Perge TVIS studiis, per tot TVA magna Sicambros;
 Quam TIBI mane paras, gloria fera strepet.

Nobilissimo Domino Respondenti, amico inter
 paucos dilectissimo, properante manu
 ponebat

I. P. I. F. G. R.

TVne TVIS tentas humeris imponere molis
 Plus, quam ferre queunt? teneris o parcito membris!
 Nonne



OK II x 2044 X 2373777

Nonne vides, nimium tenfos testudine nervos
Rumpi? sed quid ego timidus? quis nescit & illud:
Omnia conando docilis solertia vincit.
Tu Iuuenis, mihi crede, TVOS, Clarissime! vincis
Annos, Musarum gremio nutritus amoeno.
Aegre quis audent alii certamen inire
Annis, iam laetae TE debita praemia palmae
Expectant. Alacer presso vestigia avita
Perge sequi gressu; impensae virtutis honores,
Qui mansere illos, TE larga messe manebunt.

Ita Nobilissimo Domino Respondenti, amico
ex paucis carissimo, additissimi animi
adfectum declarare volui

H. T. SARTORIVS, LL. C.
Opponens.


Was Zeit und Jahr von Dir / mein Freund / noch nicht
verlangten /
Legstu bereits der Welt in diesen Blättern für.
Der Trieb zu diesem Fleiß war Zweifels frey bey
Dir
Das Lob / womit vorlängst schon deine Eltern prangten.
Triffst Deine Zeit nun einst mit ihren Jahren ein /
So wird Dein Glück und Ruhm auch desto größser
seyn.

Hiermit wolte dem Zn. Respondenten
seine Ergebenheit zeigen
dessen Diener
I. P. HOMBERGK,
Opponens.



Handwritten initials 'ML' in blue ink.





B.I.G.

Farbkarte #13

M. M. II 85
S. 16, 11.

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI,
DE

AEQVALI
STATVVM IMPERII
ORIGINE ET PROGRESSV.

QVAM
SVB MODERAMINE
VIRI MAGNIFICI, AMPLISSIMI ATQVE
CONSULTISSIMI.

D. IO. FRIEDER. KAYSERI,
CONSILIARII HASSO-DARMSTATTINI,
PROFESSORIS IVRIS PRIMARII, ET RERVVM ACADE-
MIAE LVDOVICIANAE OECONOMICARVM
INSPECTORIS,

PATRONI ATQVE PRAECEPTORIS SVI
PARENTIS INSTAR VENERANDI,

AD D. XXVIII. AVG. ANNO MDCCXXXII,
H. L. Q. C.

PVBLICE CVM ERVDITIS DISPVTABIT
FRANCISCVS IVSTVS
KORTHOLT,

GIESSA · HASSVS:

GIESSAE, Typis EBERH. HENR. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.

II k
2044